EPITOME HISTORIAE GALLICAE, HOC EST, REGUM ET RERUM GALLIAE...

Pantaleo Candidus

EPITOME HISTORIÆ GALLICÆ,

Hoc est,

REGVM ET RERVM GALLIAE VS-que ad annum MDCIII. breuis notatio:

Additis

GENEALOGIIS REgum & præcipuarum familiarum Galliæ.

Ex Officina Paltheniana, sumtib[us] Ionæ Rhodii.

M. D. C. IIII.

AD LECTOREM.

Si quid in hoc expers veri certiq; libello,
Dicitur, indictum, Lector, id esse puta.

Lectori Beneuolo S. D.

Perlegere ingentes cui non vacat ordine libros,
Historiæ & tumido vela dare Oceano,
Sedulus exiguos legat is relegatq; libellos,
Securo, tenui, vectus in amne, rate.
Forsitan hac veniet quoq; per cõpendia eodem,
Quo mora cum longa vix graue ducet iter.
Pinge prius parua, quæ vis loca adire, tabella,
Sic regio poterit quæque patere tibi.
Corporis exiguam magni prius inspice formã,
Singula quo melius membra notare queas.
Qui seriẽ ergo cupit breuiter cognoscere Regũ
Gallorum, breuis huic seruiet iste Liber.

P. C. A. S. B.

DE GALLORVM ORIGINE.

DE Gallorum nomine & origine varii varia in medium attulerunt. Probati auctores affirmãt nomen Galli, Germanicum seu Teutonicum esse. Nam Wallen in lingua Teutonica significat peregrinari.

Galli a VVallen, Teutonico.

Tuiscones autẽ, vnde vox est, Teutones, qui Germani sunt, dicti sunt ab Ascanes; quasi die Ascanes, id est, Teutschen. Ascanes autem nepos Iapeti ex Gomer fuit. Vox Ascanes significat custodem seu sacerdotem ignis. Vnde apparet Teutones religionis, doctrinæ, & virtutis cultores fuisse. Primam sedem habuerunt in Bithynia supra Phrygiam, versus Cimmerium Bosphorum, vbi palus Ascania fuit, vnde posteri deinde in alia loca migrarunt. Et Teutonicæ genti permixtæ fuerunt, aliæ gẽtes, vt Cimbri, Dai, Dani, Syeui, id est, Sueci,

Teutones ab Ascanes.

Sedes Teutonum.

Gentes Teutonicæ.

Caici, Heneti, Getæ seu Goti. Getas autem locutos esse Teutonica lingua non dubium est.

Gentes igitur istæ ex Asia egressæ, sedes ad septentrionales partes Europæ quæsiuerunt. Inde quædam Teutonicæ gentes, Tungri, Senones, quæ prius ad Albim consederunt, & aliæ, Rhenum transgressæ, in locis fertilioribus domicilia sibi compararunt. Quæ gentes vniuersæ nomen a peregrinando sibi indiderunt, Wallen: quod est, Galli, & congruit cum appellationibus Celtæ & Galatæ. Nam hæ gentes vltra & citra Rhenum, & quæ ab Alpibus, Danubio & Hercynia sylua, quæ nunc Boiemici & Turingici montes vocantur, vsq; ad Oceanum septẽtrionalem & occidentalem habitabãt, vno nomine a Græcis Celtæ appellabantur. Sicut & eas quæ ab Hercinia versus Orientẽ versabantur, vno vocabulo Sarmatas nominabant. Etsi vicinas quasdam Alpibus distinxerunt, vt Boios, Noricos, & inde Pæonios, Mysos. Herodotus scribit Istrũ oriri in Celtis & Pyrene,

Ex Asia in Septentrionem progressi.

Galli Celtæ Galatæ a VVallen.

Celtæ omnes populi Germaniæ versus occidentem.

Sarmatæ, gentes versus Orientem.

Danubii origo.

nempe in Teutonia, quæ Germania appellatur. Vocabulum autem κέλτας est a γαλάτης, quod est Teutonicum, Wallen seu Galli.

Celtæ. Galatæ. VVallen. Galli.

Germania unde dicta.

Nomen Germaniæ apud Teutones non est in vsu, sed Romani post Iulium Cæsarem Germanos vocarũt multas gentes, quæ inter Hercynium saltum, & Vistulam & mare septentrionale habitarunt. Nomen non videtur a Latinis originẽ habere, quia Herodotus Germanos, Daos, & Sacos, nominat gentes Persis vicinas, quæ deinde in has terras commigrarunt. Et dicunt Germani quasi Heermanni, id est, viri exercitus, vel Germani, id est, toti viri. Quidam volunt Teutonas a Romanis dictos esse Germanos, id est, fratres Gallorum, quod lingua, habitus & mores Gallorum & Teutonum similes essent. Quod etsi parum concinnum est, tamen commendatio istæc societatem & affinitatem horum gentium innuere videtur.

Germani quasi Heer mannen.

Etsi vero Galli hodie latina lingua, quam deprauatam & corruptam a Roma-

Romanis acceperunt, vtũtur; tamen plerasque gentes Celticas ſeu Gallicas Teutonicæ linguæ inter ſe commercia olim habuiſſe conſentaneum eſt.

In ea autem terra, quæ nunc Gallia vocatur, multæ & diuerſæ gentes cõſederunt. Vt verſus mare Liguſticum Maſſiliẽſes ſunt, qui Ionum Colonia fuerunt. Et Vienna in Gallia Cretenſium Colonia eſt. Crete autem nomẽ habet, q̃ ibi Otus & Ephialtes Martem ceperunt. Qua narratione ſignificatum eſt, bella ibi fratrum iſtorum virtute ſedata eſſe, vnde poſtea reliquiæ in Gallia conſederunt. Magnã partem Galliæ & Ligyes tenuerunt, qui ex Tarſo venerant.

Variæ gentes in Gallia

Maſſilia Ionum Colonia.

Crete.

Ligyes ex Tarſo.

De rebus geſtis Gallorum.

De rebus antiquitus geſtis Gallorũ & coniunctarum gentium, nihil admodum memoria proditũ eſt, niſi quantum Cæſar in ſuis libris ſcriptum reliquit. Quæ autem ab aliis annotata ſunt priſcarum in his gentibus rerum, ea præclara & laudabilia ſunt. Quarum pauca quædam delibabo.

Anno Mundi. 3577. Anno Romæ vrbis 365. Expeditio Celtarum in Italiam.

Celtæ hoc eſt Teutones Senones & aliæ mixtæ vltra & citra Rhenum gentes, expeditionem ſuſceperunt in Italiam hac occaſione. Adoleſcens nobilis Cluſinus Lucumon in Tyrrhenia (media parte Italiæ, in qua teterrimas libidinum confuſiones fuiſſe ſcribitur) tutoris Aruncii coniugem rapuit. Tutor hoc iuſto dolore incēſus, inuitauit Celtas, vt ſedes quærerent in ea parte Italiæ vberrima, & ſcelus Lucumonis punirent: Ita cum Deus vniuerſæ gentis Tyrrhenę ſcelera puniturus eſſet, egreſſi ex horridioribus locis Celtę & alii, Duce Brenno, Tyrrhenos oppreſſerunt. Et credibile eſt non fuiſſe breuem & ſubitam expeditionem, ſed paulatim plures exercitus ex Galliæ & Teutonicis gentibus infuſos eſſe.

Libido punitur.

Ab his affirmant veteres ſcriptores Græci & Latini, conditas eſſe vrbes, Senas a Senonibus (qui Teutones fuerunt) Mediolanum (quod dicitur, quaſi Mitten im Landt.) Veronam, & alias quaſdam.

Sena Mediolanum condita.

Roma capta.

Hi populi poſtea tēpore Camilli, Roma-

Romam ceperunt & incenderunt.

Celtæ aliam expeditionem susceperunt. Dux enim eorum Brennus 150. M. peditum & 20. M. equitum ex Pæonia in Græciam duxit, & eam vastauit, & Ptolomæum Ceraunon trucidauit.

Anno Mundi. 3686. Vrbis condita. 472.

Olymp. 125. anno. 2.

Nota. Brennus is alius fuit ab illo, qui ante centum annos Celtas in Italiam duxit. Horum Celtarum reliquias attraxit, in Asiam Hierax, vbi cum late grassarentur, pars ibi a Ptolomæo Euergete occisa est. Quare Apollo apud Callimachum inquit, communem esse victoriã sibi & Ptolomæo, quia magna pars Celtarũ periit, ad tẽplum Delphicum, cũ Græci præliantes iuuarentur fulminib. ventis & pluuiis. Partem dicitur trucidasse Ptolomęus ad Lacum Sarbonidem: Versus Callimachi sunt.

Expeditio Celtarum in Græciam & Asiam.

Contra hostem fient communia prælia nobis
Celtica cũ contra Græcos gens bella mouebit.
Titanum soboles, extremo cardine terræ
Effusa, Hesperias & sedes effera linquet.
Continuas densasq; niues vt spargere Bruma

Flante solet Borea, venient sic agmina densa:
Non tamen hæc stolidis Galatis via fausta futura est.

Anno mundi. 3744. Vrbis Romæ. 532.

Post sexaginta annos a clade, quam Celtæ ad Delphos acceperunt, Teutonici hi populi secũdo in Italiam cũ ingenti exercitu profecti sunt, Duce Viridomare, quæ appellatio Teutonica est, & significat pretiosum pfectũ quem Marcellus consul interfecit.

Expeditio Celtarum in Italiam.

An. mundi. 3860. Vrbis condi- tæ. 648. Expeditio Cimbrorum in Italiam.

Deniq; post 113. annos Cimbri expeditionẽ omniũ maxime terribilẽ in Italiam instituerunt, & primũ Syllanum Cõsulem interfecerunt, & durauit Cimbricũ bellum a Syllani consulatu annos octo vsq; ad consulatum Marii quintũ, a quo tandẽ ad flumen Athesin deleti sunt reliqui exercitus Cimbrorum, Teutonum, Ambronũ.

Nota. Ambrones dicti erant, quasi, am Rhein, id est, accolæ Rheni.

Cimbri qui.

Cimbri autem & ipsi Germani seu Teutones fuerunt, a Gomer filio Iapheti dicti, qui, quemadmodũ & aliæ gentes Goti, Dai, Succi ex oriente pgressi ad littus septentrionale sese effuderunt. Ro-

Romani tandem circiter annum centesimum ante Christum natum Galliam sibi subiecerunt. Sicut & Iulius Cæsar magna contra ipsos bella gessit.

A Christo nato Gallia sub potestate Romanorum magna ex parte & ad aliquod tempus fuit. Quorũ & linguã corrupto idiomate Galli receperunt.

De regno Franciæ.

Gallia deinceps Francia dici cæpit, quo nomine & hodie cõmuniter a Gallis & Germanis appellatur. Accepit autem hoc nomen a Germanica gente Francorum, quæ partem Galliæ occupauit.

Franci enim gens Teutonica sunt. *Franci.* Iuste enim reprehenduntur inepti scriptores, qui fabulas ex sese finxerũt de filiis Hectoris, & ex Troia Francos educunt.

Franci habitarunt in Germania ad Mœnum. Inquit enim Hieronymus *Hieronymus.* in vita Hilarionis: Inter Saxones & *In Germania habitarũt* Alemanos, Frãci sunt gens nõ tã latã quã valida. Alemanos autẽ nominatos esse, qui sunt inter syluam Martia- *Alemani.*

nam, Alpes & Noricũ, cum dubium est, propemodum vbi nunc sunt Sueui. Interiecti autem inter Sueuos & Noricos & syluam Turingicam sunt Franci nunc quoque. Sicut & Strabo inquit Francos esse inter Noricos & Vindelicos, vt inter hos nunc quoq; interiecti sunt. Et nomen est a Frey, quod liberum significat. Et principũ nomina sunt Teutonicæ linguæ voces, VVarmund, Ludvvig, Hilfrich, & alia multa.

Strabo.

Frank. q. Frey ank.

Satis igitur perspicuum est, non transiisse Francos ex Gallia in Regiones inter Rhenum & Saltum Turingicum, sed trãsiisse eos ex Germanię Regionib. a saltu Turingico ad Rhenum, & inde in inferiorẽ Germaniã; vbi & Frisiis vicini fuerunt & Sicambrorum regionem tenuerunt ac Batauiam, id est, Hollandiã. Sicut Claudianus scribit ad Stilliconem.

Dilatarunt se ad Rhenũ & in Belgium.

Rhenumq; minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Vt Salius iam rura colat, flexosq; Sicambri
In falcem curuẽt gladios, geminasq; viator
Cũ videat ripas, quæ sit Romãna requirat:

Vt

Vt iam trans fluuium non indignãte Cayco,
Pascat Belga pecus: mediumq́; ingressa per Albim,
Gallica Francorum montes armenta pererrant.

Intelligi autem & Salios Francos ex Marcellino notum est. Quod nomen cum a Sala flumine factum esse scribatur, tunc quoque Francos Regionem ad Salam, versus Mænum & Rhenum tenuisse apparet, vnde & Salingi Franci dicti sunt.

Salii Franci ad Salam.

Oppidum est e regione Coloniæ Agrippinæ Teutsch/ vbi tabula in veteri Monasterio reperta est, in qua scriptum fuit, eam arcem a Constantino exstructam esse in terra Francorum, vt ibi præsidiũ ad defensionem Coloniæ Agrippinæ collocaretur.

Teutsch & Colonia. in terra Francorũ.

Fit autem prima mentio Francorum in historia Gallieni Imperatoris circa annum Christi. 261. Tunc enim Posthumus, qui Galliam rexit, Francos, qui tunc ad ripam Rheni & in viciniam Galliæ accesserunt, armauit contra Gallienum Imp: qui similis Neroni aut Domitiano deditus ob-

Anno Christi 261.

Franci contra Gallienum Imperatorem.

ſcœnis voluptatibus, & crudelis fuit.

Sequentibus annis Franci cũ multis Romanis Imperatoribus dimicarunt, & late in ripa Germanica Rheni proceſſerunt.

270. Francorum clades ingens.

Anno. 270. Valerius Aurelianus, 30. M. Frãcorum prope Moguntiam trucidauit.

Deinde cum Probo prœliati ſunt.

342.

Cum Conſtantino etiam dimicarunt.

406. Franci Vrbe Treuirorum potiti.

Sed Honorii Imp. tempore trans Rhenum potiti ſunt Vrbe Treuirorũ, & longius in Celticã & in Belgicum progreſſi ſunt.

Scribitur autem hac occaſione vocatos eſſe a Treuiris: Quia Pręſes Honorii Luci⁹ rapuerat vxorem viri nobilis. Vt igitur libidinoſus Præſes expelleretur, accerſita ſunt auxilia Frãcica. Sicut ſæpe propter libidines magna regna mutata ſunt.

Libido punita.

VVaramũd Primus Rex Francorum in Gallia.

Tunc igitur Franci poſt tranſitum in Galliam, Regem Waramundum nominarũt: ab hoc initia pulcerrimi regni Francici, quod Celticam, Belgicum & magnam Germanię partem tunc complexum eſt, recenſentur.

Fuiſſe

Fuisse igitur excellentem virtutem gentis Francicæ ostendit magnitudo rerum gestarum, q in Gallia regnum constituerunt, quo multis seculis nullum est in genere humano magis ornatũ, legibus, doctrinis & iudiciis. Et q Italia dignos esse censuit, in quos transferret Romani Imperatoris dignitatem, & quod voluit totius Europæ præcipuos custodes esse.

Præstantia & gloria Francorum.

De quo tale mihi Musa Epigramma dedit.

Gallia quæ quondam, nunc Francia dicitur, ortum
Frãci a Germanis, vt quoq; nomẽ habẽt.
Libera gens Franci, Lucium pepulere quiritem,
Qui Treuirũ, Præses vrbis, adulter, erat.
Et sic Francorum paulatim Gallide terra,
Ingens hoc regni constituere decus.
Hoc ipsum Germana probant quoq; nomina Regum,
Veraci VVarmund dicitur ore loqui.
Ne pudeat, Galli, vos huius originis, a qua
Hoc regnũ, has laudes, hasq; tenetis opes.

Stirpes autem Regum Francorum tres numerantur.

Tres stirpes Regum Francorum.

Merouæorũ Carolinorũ Capetorum.

Prima a VVaramundo, qui annò Christi. 420. primus Rex Francorũ creatus est vsque ad Pipinum.

Secunda a Pipino vsque ad Hugonem Capetum per annos. 237.

Tertia ab Hugone Capeto vsq; ad hęc tempora.

De regibus Francorum in Gallia.

Anno Christi 420. VVaramũd Rex.

I. WAramundus. Primus Francorum Rex, regnauit XI. annos. Et bonam partẽ Celticæ & Belgicæ occupauit; profligatis Romanis.

Tunc lex Salica condita est, ne videlicet fœminę in regno succederẽt; insunt illis legibus etiam germanica vocabula vt Rachtingburgii, id est, arbitri.

431. Clodio 2. Rex.

II. Clodio Comatus VVaramundi filius regnauit XVIII. annos ditionem suam non parum ampliauit. Occupauit enim Cameracum, Tornacum & Treuerim interfecto Sabino duce Mosellano.

449.

III. Merouæus Clodii proximus agna-

agnatus, regnauit 10. annos. Meyer, id eſt, præfectus. VVich, id eſt, præſtans. Sub hoc ſtabilitum eſt regnum Francicum in Gallia: Nam tunc Frãci pulſis Romanis, occuparunt Coloniam, Mogũtiam, Nemetes, Argentoratum.

Merouæus 3 Rex.

Et poſtea in Francico Regno, regnarunt tres familiæ. 1. Mereueorum 2. Caroleorum 3. Capetorum.

Nam cum variæ nationes Germanicæ debellaſſent Italiam, Hiſpaniã, Galliamq; , & Atila Hunnorum Rex, Galliam inuaderet, & Aureliam obſideret, tunc Aetius imperii Romani procurator coactus eſt contra eum in auxilium aſſumere Francos, Burgundos, & Viſigotos, qui bonam partem Galliæ occuparant. Meroueus itaque Rex Francorum & huius filius Childericus, & Theodoricus Viſigotorum Rex, & huius item filius, Toriſmundus, Atilam in Catalaunia oppugnarunt: in ea pugna occubuerunt vtrinque 180. M. hominum & Atila in Pannoniam recedere coactus eſt.

453.
Aetius ſibi Francos cõtra Atilam adiunxit.
Pugna cũm Atila.
Atila in Pãnoniam redit.

Tunc vixit Anianus Aurelii Epi-

ſcopus. Et Nicaſius Remorũ Epiſcopus martyr, & Vrſula, & xi. M. Virgines, & Genoueſa virgo Pariſienſis.

459. Childericus 4. Rex.

IV. Childericus prim⁹ huius nominis filius Merouei, regnauit 26 annos. Homo libidinoſus, & quia ſubditos grauauit, expulſus eſt. Eiusq; loco regnum adminiſtrauit Ægidius: q Imperatoris Romani nomine apud Sueſſones præfectum egit. Rex tamen Childericus poſt octenniũ Vidomari cuiuſdam opera in regnum reuocat⁹ eſt, qui Colonia expugnata Ægidii exercitum fudit. Childericus Rex Baſinen Turingiæ Regis vxorem, ſibi matrimonio iunxit, ex qua natus eſt Ludovicus M.

Expulſus.

Ægidius regnat.

Childeric. restitutus.

485. Ludouic. 5. Rex.

V. Ludovicus Magnus primus huius nominis, primus Chriſtianus, filius Childerici, præfuit regno 30. annos.

489.

Tunc Syagrius Ægidii filius cęſus eſt. Ita Romani prorſus deſierunt imperium habere in Gallijs.

495.

Ludouicus Turingiam ſubiugat, & regnũ a Rheno vſq; ad Sequanã dilatat, ad Ligerim vſq; fines extẽdens.

Chlo-

Chlotildis filia Regis Burgundiæ, Ludouici vxor, Christiana, regem ad fidem Christi adducere diu nequiuit, donec Rex contra Alemanos pugnãs ad Tolbiacum voueret, se Christianum fore, si victor euaderet, quod cum factum esset, Chlotilde obuiam procedente Remis a Remigio baptizatus est.

Clotildis vxor Ludo.

499. Ludo. baptisatur.

Ludouicus Argentorati primum templum condidit ligneum.

Gestum est bellum contra Alaricũ Visigotorum regem.

Goti in Pictonibus ceduntur.

501.

Rex in Aquitania multa occupat: sic omnes fere Gallias & vniuersam Germaniam sub ditione tenuit. Rex iste sepultus est Lutetiæ in templo D. Petri, quod ipse condiderat; nunc Genouefæ nuncupatur.

509.

Sepultus.

Ludouico Magno fuerunt 4. filii, quorum tres ex Clotilde fuerunt nati. Quartus Theodoricus nothus fuit. Et hi quatuor patri successerunt in diuersis Principatibus.

Filii Ludouici Magni.

515. Childebert. 6. Rex.

VI. Childebertus primus filius Parisi, is patri successit, regnauit 45. annos. Lotarius, secundus filius, Suessonum Rex. Post vero totius Franciæ Rex factus.

Clodamir tertius filius Rex Aureliorum. Habuit iste tres filios, quorũ duo a patruis necati sunt, tertius Cloaldus religiosus factus a patruis toleratus est. Sic Clodomiro mortuo regnum ad Childebertum & Lotarium transiit.

Theodoricus quart⁹ filius ex cõcubina natus, Rex Austrasiæ seu Mediomatricum vel Metensium fuit. Obiit hic anno 537. & successit filius Theodebert⁹, huic Theobaldus, quo mortuo regnum Clotario patruo obuenit anno 556.

520. Sigismundus Burgũdiæ rex filium necat in gratiã nouercæ, & cum vxore a Clodomiro capitur & necatur. Sed Clodomir a Gundemario Sigismundi filio circumuentus bello, occiditur.

524. 525. Theodoricus Turingiam subiugat. Childebertus bello occidit Almari-

maricum Gotum Arianum, abducta eius vxore Clotilde ſorore orthodoxa.

Childebertus ἄπαις. Sepultus Lutetiæ in æde S. Germani.

VII. Lotarius primus huius nominis Childeberti frater. Rex Sueſſonum, regnauit 5. annos. Ex quinque vxoribus ſeptem filios habuit, ex quibus Grannus rebellis fuit, ſed pater eum bello captum vna cum vxore & liberis in feruore iræ exuri curat.

560.
Lotarius 7. Rex.

Pater ſuos comburit.

Lotarius bona Eccleſiis ablaturus erat, ſed a Turonorum Antiſtite reprehenſus abſtinuit. Idem etiam vxoris ſuæ ſororem in vxorem duxit.

VIII. Cherebertus, Primus Lotarii filius, Rex Pariſiorũ 8. annos, plures vxores habuit tenuiũ hominũ filias.

565.
Cherebert. 8. Rex.

Chilpericus, ſecundus Lotarii filius Sueſſonum Rex.

Gundramus tertius Lot. filius Aurelianorum dominus: homo libidinoſus.

Sigisbertus, quartus Lotarii filius, Mediomatricum prę́ſes, vxorem habuit Brunhildin Athanahildi Hi-

ſpaniæ regis filiam. Huic ſucceſſit filius Childebertus.

574. Chilperic. 9. Rex.

6. Chilpericus primus huius nominis, ſecundus Lotarii filius, fratri Chereberto ſucceſſit: regnauit 14. annos, fuit Rex crudelis, libidinoſus, profanus. Vxor inter alias Fredegunda fuit vili ortu, ſcelerata Parricida. Et tamen laudatos habuit poſteros.

Fratres iſti, Lotarii filii, inter ſeſe de regno dimicant.

Sigisbertus frater Lutetiam cum pompa ingreſſus fauore hominũ fratri necem intentat. Sed Fredegundæ Chilperici vxoris inſtinctu a duobus ſicariis occiditur.

Fredegunda crudelis.

Fredegunda illa curat necari Ludouicum regium ex alia coniuge filium, vt ſuos filios ad regnum promoueat.

Adultera.

Eadem cum Landerico Magiſtro equitum conſueuit. Rex aliquando mane venatum exiturus ſubito in cubiculum redit, & bacillo tegumentum, ſub quo vxor adhuc cubabat, tangit: Fredegunda putans Landericum

ricum, vt ſolitus erat aduenire, dixit: quid facis Landerice? & videns Regem maritum eſſe, nec id ſibi impune fore, ipſa & adulter regem, e venatu noctu redeuntem, interfici curant, qui in æde S. Germani Pratenſis conditus eſt, vbi etiam Fredegunda cum perdiu vixiſſet, repoſita eſt anno 601.

Regem maritum necat

587.

10. Lotarius ſecundus huius nominis Chilperici ex Fredegunda filius, tantum quatuor menſes natus, cum Pater obiit, Rex totius Galliæ, regnauit 44. annos. Pacificus fuit, ideo gratioſus euaſit.

588.

Lotarius 10. Rex.

Childebertus filius Sigisberti Mediomatricum rex, regnum & vindictam Fredegundæ petit, quem Gundramus Rex Aureliorum, vt quieſcat, adoptat, qui ei poſtea ſuccedit etiam in regno Aureliorum.

Childebert.

Idem Cherebertus a Mauritio Imperatore contra Longobardos conducitur, ſed effectu fruſtraneo.

Fredegunda curat prætextatum Epiſcopum Rotomagi in templo necari.

595. Tassilo Rex Bauariæ. Childebertus Tassilonem constituit Regem Bauariæ.

Landericus dux regii exercitus vincit Childebertum, cæsis 20. M. Fredegunda puerum regium, vt milites in prima acie animaret, ostentante.

Hunni. Hunni Franciam infestant, sed Fredegunda Lotarium instigat, qui eos prælio vincit & fugat.

Childebertus ille & vxor eodem die veneno pereunt.

Huius filii fuerunt Theobertus & *Brunhildis.* Theodoricus, quorũ tutrix fuit Brunhildis auia. Theodobertus Metensium & Neustriæ Rex, & Theodoricus, instinctu Brunhildis Lotarium regem bello adoriuntur, & vtrinque 3. M. hominum cæsis eum vincunt, & facta est alia distributio dominiorum.

Fratres dimicant. Eadem Brunhildis instigat Theodoricum, vt fratri Theodoberto bellum moueat, quod is pecuniam patris præripuisset: Sic fratres aliquoties sese mutuo bello inuaserunt. Victus Theodobertus Coloniam profugit,

fugit, quem frater persequens, qua vadit omnia vastat, & incolas, si sibi parci velint, fratris corpus sibi adferri iubet. Isti igitur Coloniæ Theodobertum obtruncant, eique caput adferunt. Sic Theodoricus regnum Metensium occupat.

Theodoberti filios Brunhildis interimit anno 605. Eiusdem astu & Theodoricus deinde veneno perit, anno Christi 618. cum 18. annos regnasset.

Brunhildis voluit Sigebertũ Theodorici nothum Austrasiæ præficere: Sed incolæ Brunhildis Tyrannidem exosæ Lotarium adsciscunt. Brunhildis & Sigebertus Germanos armant, sed vincuntur, & Brunhildis capta, Lotarii iussu, equi caudæ alligata & terræ strata, per castra circumraptatur. Tyrannica ista mulier dicitur complura Sacerdotum & Monachorum Collegia in Austrasia & Burgundia fundasse & dotasse, eo scilicet beneficio maleficia sua expiauit. Et tunc multi Sancti viri claruerunt.

Brunhildis supplicio affecta.

Sic quatuor regna ad vnum Lotarium redacta sunt.

Fabula de Sacello S. Dionysii.

Lotario natus est filius Dagobertus, eo venante ceruus in Sacellum S. Dionysii & Rustici profugit, eum ibi nec canes nec venatores adoriri potuerunt.

Dagobert. Praeceptori ignominiā.

Dagobertus is Præceptorem suum propter arrogantiam virgis cædi, eique barbam, quam promissam habebat, radi iussit. Cumq; patris exacerbati iram metueret, in Sacellū illud, vbi ceruus seruatus erat, profugit, eo famuli ipsum quærentes accedere nō valuerunt. Apparuerunt Dagoberto Sancti ibi sepulti, &, vt celebritas maior illi loco institueretur, mādarunt. Et sic Pater filio placatus est an. 626.

Ista dein regum sacrauit fabula tumbas.

Lotarius Dagobertum Austrasiæ pręficit.

614.

Theodericus pellit D. Columbanum in exsilium.

Leudemundus Episcopus Hedinensis cū Alitheo contra regem conspirat: re deprensa, Rex Alethonem supplicio affici curat. Episcopum

vero

vero ne e Dicœcesi pedem efferat interdicit.

Pater Dagoberto in bello contra Saxones iam vulnerato suppetias tulit, eosq; ad Weseram vicit, & omnes gladii sui longitudinem excedentes occidit.

Dagobertus vulneratus.

Lotarius in æde S. Germani sepultus est. Vxor Bentrudis ex familia Saxonica Athanethildi Visigoti. Ex qua reliquit Dagobertum regem.

631.

Epigramma

Cædibus atq; libidinibus bellisq; nefandis,
Hæc ætas Regum claruit, atq; Ducum.
Quod tamen ornarunt sacras locupletibus ædes,
Dotib., hinc laudē, qua celebrētur, habēt.

11. Dagobertus Magnus, quasi Degenbert, filius Lotarij, regnauit *14.* annos.

632.

Dagobertus M. 11. Rex.

Ariberto fratri partem Aquitaniæ dedit, quo vna cum filio Chilperico defuncto, & Tolosia sepultis, Dagobertus omnia recuperat, & regnum late amplificat.

Iudæos regno expulit. Amandum Antistitem eliminauit, iterumq; recepit.

Dagobertus Ædem S. Dionysii iuxta priorem apparitionem ornauit & mirifice dotauit: aliis detrahẽs, quæ huic fano addixit. Hic dehinc statutum Mauseolum regium.

623. Collegia.

Dagobertus exstruxit collegium Weissenburgense & Surburgense. Argentinẽsem Ecclesiam in Episcopatum erexit. Interim quacunque iret agmẽ scortorum vna traxit. Obiit profluuio ventris sepultus ad S. Dionysium. Nota pulcras fabulas, quos Ganguinus memorat.

645.

Dagobertus ex vxore Nantilde reliquit Ludouicum in regno successorem. Suscipit & nothum Sigisbertum, quem regem Austrasiæ fecit.

646. Ludouic. 2. 12. Rex.

XII. Ludouicus secũdus huius nominis, quibusdam primus, Dagoberti filius, præfuit regno. 17. annis. Reliquit is Sigisberto fratri notho Austrasiam ipsi a patre traditam. Iste adoptat Ildebertum Grimoaldi filium, Pipini, præfecti aulę nepotem, postea suscepit Dagobertum. Verum nec hic, nec adoptiuus, illi in Austrasia successit.

Ludo-

Ludouicus tempore famis ex redditibus Dionysianis sumsit annonam, & pauperibus distribuit. Ideo monachi dixerunt, eum cepisse delirare, q, aliquid de fano S. Dionysii accepisset & religiosis detraxisset. Ob gulam, libidinem & auaritiam culpatus. Reliquit ex Batilde Saxonica tres filios.

Fames.

XIII. Lotarius tertius huius nominis, primus Ludouici filius in Neustria & Burgundia rerum summam moderat⁹ est per 4. annos. Anno 667 regnat quidem Theodoricus iunior frater, sed propter scelera expellitur, & ex Austrasia accersitur frater.

663. Lotarius 13. Rex.

XIIII. Childericus secundus huius nominis, secundus Ludouici filius, rex primum Austrasiæ, post totius Franciæ, regnat 12. annos, a Bodillo, quem flagris verberari fecerat per insidias interemtus in venatione, vt & regina Blitildis, grauida, ab eodem necata.

678. Childeric 14. Rex.

XV. Theodoricus tertius Ludouici filius, regnauit 14. annos, alii 18. habent.

680. Theodoricus 15. Rex.

Ebromius relicto monachatu, sua-

ſu Epiſcopi Rotomag. aſcitis ſociis regnum inuadit, ſed ob id multi Epiſcopi crudeliter mulctati. Poſt Ebroinus in lecto obtruncatur.

Pipinus Craſſus Auſigiſi filius magiſter equitum. Drago eius filius Dux Campanorum.

Theodoricus ex Clitilde reliquit Ludouicum & Childebertum.

694. Ludouic. 3. 16. Rex.

16. Ludouicus tertius huius nominis, alijs ſecundus. Primus Theodorici filius titulum regis geſſit per triennium regnum ipſum a Pipino Craſſo præfecto Palatio adminiſtratum eſt.

Pipinus Friſios, Rabodo eorum duce, ad Chriſti fidem perduxit.

798. Childebert. 2. 17. Rex.

17. Childebertus ſecundus huius nominis, ſecundus Theodorici filius ſceptrum geſsit ad 17. vel. *18* annos.

Lambertus Traiectinus Epiſcopus Pipinum propter adulterium reprehendens, a pellicis fratre miſere necatur, ſed percuſſor & conſcij diuinitus puniuntur, & pereunt. Childebertus hic Nanceæ eſt ſepultus. Reliquit

quit duos filios Dagobertum & Danielem Chilperici nomine appellatum.

Grimoaldus pater in præfectura aulæ succedit, sed Leodii ad aras cæditur a gregario milite Frisio. 699.

Carolus Martellus Dux Austrasiæ. 715.

18. Dagobertus secundus huius nominis, primus Childeberti filius. Eius loco præfectus palatio Theodoricus Pipini nepos, regnum administrat quadriennium. Eius Dagoberti liberi in monasteria sunt collocati. 716. Dagobert. 2. 18. Rex.

19. Chilpericus secundus, alter Childoberti filius Daniel vocatus, p quosdam ad regnum promouetur, non sine graui bello. 712. Chilperic. 2. 19. Rex.

Carolus Martellus Francorũ Princeps. 725.

20. Theodoricus quartus huius nominis, Chellensis, filius Dagoberti secundi. Is Carolo Martello aulæ præfecto regnum administrante 15. annos regium nomen gessit. Reliquit filium Childericum. 727. Theodoric. 4. 20. Rex.

Bellum Aquitanicum & Saracenicum tunc gestum.

730. Eudo Aquitanicus contra Carolum Martellum Saracenos ex Hispania inuitauit, sed Marcellus eos, cum Eudo in acie & prælio ad Martellum transiisset, ingenti clade profligauit.

741. Martellus obit diem in Dionysii æde, paulo post Theodoricum regem, sepultus:

Filius Mortelli, Pipinus, Franciæ præfecturam, Carolomannus frater Austrasiam obtinuit, hic deinde religioni consecratus est.

742. Childeric. 3. 21. Rex. XXI. Childericus tertius huius nominis Theodorici filius sub Pipino & Carolomanno Martelli filiis, septennium vitam duxit. Post regno

750. priuatus in monasterium intrusus est, anno a VVaramundo. 331.

Multos sceptrigeros paucos est cernere reges
Ex his, quos reges stirps modo Franca tulit.

Gelasius Papa gloriatur Zachariam Papam deposuisse hunc Childericum & substituisse Pipinum: sed historiæ ostendunt Childericum more

Fran-

Francorum vſitato a Proceribus abdicatum, & Pipinum ſubſtitutum, Zacharia Papa tantummodo conſentiente.

751. Pipinus 2. Rex.

XXII. Pipinus Caroli Martelli filius conſenſu nobilium electus rex, a Stephano Papa vngit. Regnauit prope 18. annos.

Pipinus in Italiam contra Aſtulphum regem Longobardorum profectus, loca ademta Papæ reſtituit.

Rauennã Papę addicit, reclamante Conſtantio Imp. Conſtantinop.

Pipinus Eccleſiaſticos Romanorum ritus, cantus & Ceremonias in Franciam attulit.

Pipinus Parlamentum in Francia inſtituit.

Carolomannus minor Pipini filius Sueſſione coronatus in partẽ habuit, quæ Carolomannus patruus habuerat. Obiit anno 771.

Vt a. maior lux accedat vniuerſæ huic annotationi, ideo Genealogiã Caroli M. ſub oculos ponam.

769. Carolus M. 23. Rex.

23. Carolus Mag. maior Pipini fil. regnat 45. an. & in Imp. 14. an. Aquitaniam & Gascomam recepit. Ab Adriano Pontif. accersitus Desiderium Longobardorum regem cepit.

791. Bellum Hunnicum.

Scholam Parisiens. instituit opera Altuini & Claudii Clementis.

Saxones coacti religionē Romanam accipere.

Carol. M. 5. Concilia haberi curat.

815. Ludouic. I. 24. Rex.

24. Ludouicus primus huius in hac familia nominis. Pius dictus, filius Caroli M. regnauit 26. annos. Idem etiã Imperator Romanus 2.

Stephanus Papa in Galliam venit, & Aquisgrani Ludouicum Imperatorem coronauit.

Filios reges creauit Lotarium Italiæ, Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Noricorum.

830. Ludouicus a filiis in Monasterium detruditur, iterumq; restituitur.

Normanni Galliam infestant.

835. Ludouicus Lotario reconciliatur, eiq; dignitatem Imperii & regni tribuit coronam.

Ludo-

Ludouicus Carolũ Caluum filium minimum Neustriæ regem facit.

Ludouicus Mediomatrici sepult⁹.

25. Carolus secundus. Caluus Ludouici pii tertius filius regnauit 38. an. Idem etiam Roman. Imp. 5.

841. Carolus Caluus 25. Rex.

Pugna atrox inter fratres die resurrectionis Christi. Conuentũ inter eos vt Caluus esset rex Franciæ inter Britãnos & Mosam. Ludouicus Germaniæ & Vngariæ. Lotari⁹ Italiæ & Mediomatricum vel Austrasiæ, quæ ab eo dehinc Lotaringia indigetatur.

842.

Normanni ditionem Caroli multos annos infestant.

846.

Lotarius Imp. monasterium ingressus filios reliquit Ludouicum Imper. Italiæ, Carolum regem Prouinciæ, Lotarium Lotaringiæ.

856.

In luxu vestium immodicus.

a Sedechia veneno dato periit.

26. Ludouicus secundus Balbus, Caroli Calui fili⁹ regnauit duobus annis a Iohanne Papa in Gallia coronatus. Idem etiam Imp. S.

879. Ludou. 2. 26 Rex.

27. Ludouic⁹ terti⁹ & Carolomãnus nothi ex Ludouico Balbo, quinquenniũ regnant.

881. Ludou. 3. 27. Rex.

Regnũ pene rediit ad Germanos. Normanni & Dani Galliam per quinquenniũ vaſtant, Metim & Treuirim occupant.

Ludouicus iners.

886. Carol. Craſ. 28 Rex.

XXVIII. Carolus Craſſus Ludouici Germanici terti⁹ filius, iã ante Imperator Romanus 7. quinquenniũ regnauit, tanquam tutor Caroli Simplicis.

Normanni Lutetiã obſident. Neuſtria Normãnis ad habitandũ a Carolo Caluo tutore Caroli Simplicis data.

Carolus Caluus, Imperio ſpoliatus in paupertate obiit 890. Fortunæ ludibrium.

891. Oto. 29 Rex.

XXIX. Oto Ruperti Andiũ ducis filius, alienus a genere Caroli M. nepos Widekindi Saxonis, tutor Caroli Simplicis, contra Arnulphũ Imp. regnare iubet, regnauit per 9. annos. Vſurpauit ſignum multorum lilorũ, quod vſque ad Caroli 6. tempora durauit.

900. Carol. Simpl. 30. Rex.

XXX. Carolus Simplex Ludouici Balbi ex Adelheide legitima filius regno præfuit 27. annos. Huic n. Odo mori-

moriturus regnum restituit. Sed Robertus Odonis frater ei reluctatur, & post biennium vincit & occiditur.

Finis belli Normannici. Rollo I. Dux Normanniæ. 910.

Herbertus regem Carolum Simpl. Peronæ in custodia habet. Rex post innumeras miserias Peronæ moritur.

XXXI. Rudolphus Burgundio regnauit annos 2. 925. Rudolph. 31. Rex.

XXXII. Ludouicus quart⁹ Trãsmarin⁹ Caroli Simplicis filius, regnauit 27. annos. Sic dictus, quia patre capto in Angliam deductus erat: regnauit 77. annos, viuo Rudolpho. 929. Ludou. 4. 32. Rex.

Hugo Ruperti filius regem oppugnat Rex a Normannis in carcerẽ cõiicit Oto Imperator in Galliã venit vt regem restituat: Cui sese Hugo summittit. 945.

Ludouicus lupum insequẽs lapsus & toto corpore eliso mortuus est, anno vt Titius habet 954.

XXXIII. Lotarius secundus, filius Ludouici transmarini regnauit 31. annos. 956. Lotarius 2. 33. Rex.

Carolus regis frater dono accipit Lotaringiam ab Otone 2. Imp. Rex Imperatorem bello pene opprimit. Imperator contra Galliam, Lutetiam vſque vaſtat, ſed pedem referre cogitur. Fœdus inter regem & Imperatorem factum.

987. Ludoui.5. 34. Rex.

34. Ludouicus quintus Lotarii ſecundi filius, Theutofrancorum & generis Caroli M. poſtremus. annũ regnat, veneno perit.

A Waramundo ad Hugonem Capetum ſunt anni 568. a Ludouico primo Chriſtiano ſunt anni 487. A Pipino 237.

988. Hugo Capetus 35. Rex.

35. Hugo Capetus Comes Pariſienſis vi & fauore militum rex ſalutatur, conſecratur, vngitur: regnauit circiter 9. annos.

Etſi enim Carolus Lotaringiæ & Brabantiæ Dux, patruus hæresque proximus Ludouici defuncti, cum exercitu venit regnum inuaſurus, tamen is ſecurior factus obſidetur Lauduni, & proditione Aſellini Epiſcopi

ab

ab Hugone capitur. Repellit & Arnulphum, propinquum antiquo Frãcorum generi, Flandriæ Comitem, regnum affectantem. Sic Hugo regnum obtinuit, & sator est stirpis regiæ, quæ hactenus in Gallia regnat.

Repellit competitores.

Deducunt hunc Hugonem a VVidekindo gentis Saxonicæ. Quid si igitur in hunc modũ gloriemur, & tali Epigrammate:

Epigramma

Ex VVidekindea, pductus stirpe Capetus,
Francorum Saxo sceptra gerebat Hugo.
Germanus VVaramund, Germanus & ipse Pipinus,
Est a Germanis progeneratus Hugo.
Hungariis, Boiis, Danis, Siculis, & Iberis,
Tot populis reges Teutonis vna dedit.
Ergo tuis felix donis Germania gaude,
Et regum regi munia solue Deo.

Sed addo integram Stirpis huius Genealogiam.

STIRPS HVGONIS CAPETI EX *stirpe VVidekindi Saxonis.*

WIdekindus Magnus Andiũ Comes Saxo.

1

VVidekindus 2.

|

VVidekindus 3.

|

Rupertus Dux Andium ſub Carolo Caluo cęſus a Normannis an. 875.

|

29. R. Oto tutor Car. Simplicis.
Rupertus 2. Cõ. Pariſ. vnct⁹ rex Franc. occiſus an. 899. ſepult. in S. Dionyſii.

|

Hugo Magnus Dux Franc. Com. Pariſ. an. 993.

|

35. Rex F. Hugo Capetus

|

36. Rupertus Pius 1030.

|

37. Henric. 1. 1060.

|

38. Philip. 1. 1109.

|

39 Ludouic. 6. Craſſus 1137,

|

40. Ludouic. 7. Iunior. 1180.

|

41. Philip. 2. a Deo datus *1223*.

|

42. Ludoui. 8. Mitis 1226.

| Ludouic 9. Sanctus &

|

Ro-

36 Robertus Sanctus filius Hugonis regnauit 34. annos. Literatus, religiosus, pius. Religionis caussa Romam inuisit. Composuit Cantica: O Iuda & Hierusalem. O Constantia martyrum. Et: Spiritus Sancti adsit nobis gratia.

995. Robertus 36 rex.

Henricus Dux Burgundiæ ἄπαις Ducatum regi addicit.

Gotofredus Lotaringiam ab Imperatore dono accipit.

1005.

Incredibilis fames, & pestis.

1006.

37. Henricus primus huius nominis, Roberti filius regnauit 30. annos.

1031.

Hinc frater Robertus regni caussa bellum mouet, sed vincitur, & fit reconciliatio.

Rudolphus Burgundorum rex regnum Conrado Imp. filio dat.

1034.

Odone Campano belligerante in duas Burgundia prouincias diuisa est, Ducatum scilicet & Comitatũ, sic vt Comitatus pertineret ad Imperii ditionem; Ducatus vero ad regiam.

Normanni in Italiam, Apuliam & Calabriam sese recepere.

1048.

1061. Philippus I. 38. Rex.

38. Philippus primus filius Hẽrici, regnauit 49. annos.

Duæ e Gallis familiæ prodeunt. Wilhelmus nothus rege Creſo Angliam occupat. Gotefridus Bullionius terram ſanctam & Hieroſolymã poſtea obtinet.

Rex vxore repudiata pellicem ſibi adiungit.

Bellum ſacrum in Saracenos Ductore Gotefredo Lotaringiæ duce.

1096.

1110. Ludoui. 6. 39. Rex.

39. Ludouicus Sextus. Craſſus filius Philippi regnauit 28. annos.

Initium belli Anglici, quod ſexcẽtis fęderibus compoſitum ſemper renouatur.

1138. Ludou. 7. 40. Rex.

40. Ludouicus Septimus, Iunior regnauit 43. annos.

Vitriacum impotenti ira a rege dirutum. Cuius templum præcipuum cum 600. vtriuſque ſexus, & cuiuſuis ætatis hominibus, ad aras confugientibus, incenſum. Rex ſceleris pœnitentia ductus D. Bernardi conſilio ſacrũ ſuſcepit bellum gerendũ. Rex Viceliaci crucem accipit, ſacram militiam profeſſus.

Con-

Conradus Imp. persuasu D. Bernardi, armis sacris sumtis in Asiam pergit, quem Ludouicus rex per Vngariam sequitur. Oppugnant Damascũ, sed discordia orta inter Christianos duces, discedunt. Rex in reditu prope est captus.

1148. *Expeditio in Asiam.*

Tandem repudiata Leonora, ex qua duas fœmellas susceperat, Constantiam duxit Alphonsi regis Galliciæ filiam. Leonora vero nupsit Henrico Andegauensium Duci. Cum vero Ludouicus nec ex altera vxore sobolem masculam susciperet, communes pro se preces passim fieri iussit, quas Dominus etiam exaudiuit, & Anno 1165. filium Philippum dedit. Qui anno 1179. inauguratus est.

41. Philippus secundus, Augustus dictus. A Deo datus regnauit 43. annos.

1181. *Philip. ei 41 Rex.*

Iudæi regno eiecti.
Finis regni Hierosolymitani.

1190. Rex & Anglus Richardus ad bellum ſacrum proficiſcuntur, & in Sicilia hybernanr, poſt Ptolemaidem capiunt, Rex domum redit.

1192. Richardus regnum Cypri Vidoni vendit, quod noſtris temporibus Veneti obtinent.

Richardus in Germania captus.

1214. Philippus infeſtis ſignis illatus eſt in Ottonem Imp. eumq; vicit ad Bouinas.

1224. Ludouicus 8 42. Rex. 42. Ludouicus Octauus Regnauit triennium. Placidus & mitis.

Is ſtatim renouauit & confirmauit fœdus, fraternitatem & amicitiam cũ Romano Imp. & Germanis.

Mortuus eſt in expeditione cõtra Albianos, qui in Comitatu Toloſano pro hæreticis habebantur, propterea quod corpus Chriſti in pane eſſe, vt in alijs rebus, cenſuerunt.

1227. Ludouic. 9. 43. Rex. 43 Ludouicus nonus, Diuus, Ludouici octaui filius, regnauit 44. annos.

Blancha regis mater Regens inſti-ſtituta diſcordias ſedat.

1232. Schola Pariſienſis a Ludouico reſtituta. Expe-

Expeditio maritima in Asiam. 1257.

Ludouicus rex spineam coronam, & alia, quę Venetis oppignorata erãt, redemit.

Rex Damianam in Ægypto expugnat.

Collegium Sorbonicum a Roberto institutum.

Rex Politica & Ecclesiastica reformat, multa collegia & sodalitates condit. Valetudinarium prope virginis templum Lutetiæ exstruit.

Pax inter Ludouicum & Anglum. 1270.

Ludouicus D. cum tribus filiis in Africam soluens, sæua tempestate iactatur. Chartago expugnata, turris obsessa. Pestilentia in castris, vnde Iohannes Tristanus filius Regis obit. Postea & pater Ludouicus obit, & filius Philippus Rex Galliæ in castris salutatur. *Ludo: cum 3. filiis in Africam.*

44 Philippus tertius, Audax filius Ludouici S. regnauit 15. annos. 1271. *Philip 3. 44 Rex.*

Cum filius Ludouicus obiisset, misit præsules ad Beginnam sortilegam, scitatum, vtrum is veneno obierit: re tandem cognita cubicularius Regis pnitus est. *Sortilega.*

Petrus Aragoniæ Rex a Constantia vxore, Manfredi filia instigatur, suadente id etiam Nicolao 3. Papa, potentiæ Caroli inuidente; vt ius suum in regno Siciliæ vindicet. Missi igitur qui animos ciuium explorarunt, & res ita composita, vt ad vesperas Paschales omnes Galli in Siciliæ sint interemti.

Vespera Sicula.

Sic Petrus cum exercitu in Sicilia contra Carolum Andeganensem proficiscitur, sed cum Philippus Rex eũ Aragonia bello adoriretur, fugatus & cæsus est.

Bellum Tarraconense, qua crucis insigne contra Christianos, vt ante contra Saracenos, a Papa acceptum.

Philippus Parpinaci peste moritur. Reliquit filios Philippum 4. Pulcrũ & Carolum Francum Valesii Comitem, cuius filius Philippus Valesius prælatus est Eduardo 3.

1286. P' .lip. 4. 45. Rex.

45. Philippus quartus pulcer, Philippi 3. filius præfuit 28. annos.

Habuit filios Ludouicum Huttinum, Philippum longum & Carolum pulcrum, qui omnes sibi in regno

suc-

ſucceſſerunt. Filiam habuit Iſabellam, quam cum in vxorem habuiſſet Eduardus 2. Angliæ rex, voluit deinde eius filius Eduard. 3. regnum Galliæ appetere, ſed prælatus eſt ei Philippus Valeſius, Caroli Valeſii filius.

Palatiũ in Inſula Pariſ. exſtructum, vbi Parlamentum eſt.

Bellum Anglicanum. Philippus per Carolum Valeſium fratrem bellum in Flandria geſſit.

Bonifacius 8. Papa Ludouicũ. 9. regem inter Sanctos retulit. Et Philippo & ſucceſſoribus permiſerat vacantium Parochiarum vnius anni prouentum. Quod ius regale vocabatur. Bonifacius voluit Philippum ad bellum Hieroſolymitanum inducere, qui cum tergiuerſaretur, pluribus iurgiis intercedentibus iactat Pontifex, ipſum regem & regnum per eius contumaciam ad Romanam Eccleſiam eſſe deuolutum. Rex igitur vetat ne pecunia ex regno ſuo, ad Pontificem Romanũ vehatur. Ideo Pontifex ei regnum abrogat, & Alberto

Origo diſſ. dii Papa & Philippi.

Papa Philippo regnū abrogat.

Imperatori contribuit. Rex contra concilium Ecclesiasticorum conuocat, quorum consilium & sententia Pontificē hæreticum esse pronuntiat & ab eo ad Concilium generale prouocat. Posteaque Papam capit.

Pugna Curtracensis; qua Flandri superiores euadunt.

Rex hortatur filios.

Rex ante obitum suum hortatus est filios ad caritatem mutuam, Ludouicum vero natu maximum sic affatus est: Quoniam o fili, pluribus vectigalibus, & tributis populum meum vexaui, & ea re mihi odium acerbum conflaui, tu miserere patris animæ, & quæ male a me gesta sunt, ipse emenda:

Iudæi Gallia pulsi sunt.

1306. Clemens 5. Papa Auinionem.

Factus est Papa Clemens 5. prius Episcopus Burdegalensis. Is regnum Galliæ ab excommunicatione absoluit, & sedem Papalem Auinionem transtulit, vbi per 71. annos fuit. Italia interea per Cardinales administrata. In coronatione illius Papæ, Ioannes Dux Britanniæ ruina muri periit. Philippus Rex læsus. Amissus

Car-

carbunculus ex tiara Papæ pretii 6. M. aureorum.

46. Ludouicus Huttinus primus Philippi Quarti filius, idem & Nauarræ Rex, tumultuosus & perturbator. Iudæos in regnum post biennio reuocat. Ioannes 22. Papa ab Huttino constitutus ditior quam sapientior fuit.

1314. Ludo. Huttinus. 46. Rex.

Succedit quidem Ioannes Huttinus, sed cito moritur.

47. Philippus Longus secũdus Philippi quarti filius. Idem & Nauarræ rex regnauit quinquennium.

1316. Philip. Lõg. 47. Rex.

48. Carolus Pulcer, Tertius & postremus Philippi quarti filius. Idem etiam Nauarrę rex regnauit 7. annos. Hic autem fratre Ludouico sine liberis mortuo etiam Comitatum Alenzonium obtinuit.

1321. Carol. Pulc. 48. Rex.

Primus Papæ decumas permisit, quas Papa contra Ludouicum Imp. conuertit, obiit anno 1327.

Cum Carolus pulcer obiisset nullo masculo herede relicto, & Eduardus 2. Angliæ rex illius & præcedentium fratrum regum sororem Isabellam

Origo belli inter Anglos & Gallos.

vxorem habuisset. Ibi eius ex ea filius Eduard. 3. petiuit sibi dari regnũ Galliæ, tanquam masculo Philippi pulcri heredi. Ordines autem conuocato concilio proferebant legem Salicam, qua fœminæ in principatu succedere vetantur. Itaque nec ipsi successionem competere, cum ne matri quidem ipsius successio competiuisset. Et vt fœminæ omnino locum haberent, potius tamen esse ius filiarum Ludouici, Philippi & Caroli, quam sororis ipsorum, & merito illas debere suis patribus succedere, si qua ratione fœminis ad regnum pateret aditus. Post multam vtrinque disceptationem, ij, qui dicuntur Pares Franciæ, Regem constituunt Philippum Valesium Philippi pulcri ex fratre Carolo Valesio nepotem.

Genealogia Valesiorum.

Ludo-

Ludouicus 9. Sanctus.
Philippus 3. Audax.

Philippus 4, Pulcer & Carolus Valesius.

1. Ludouic. Huttinus. 2. Philip. Longus 3. Carolus Pulcer 4. Isabella vx. Eduardi 2. — Eduard. 3.

Philip. Vales. prælatus Eduardo 3.

1328. Philip. Vales. 49. Rex.

49. Philippus Valesius Caroli Valesii, qui frater Philippi 4. Pulcri fuit, filius. Is igitur Eduardo 3. Anglorum Regi, ratione Salicæ legis est prælatus, regnat 22. annos.

Eduardus autem repulsam passus statim Gallo bellum denuntiauit, & acerrime gessit, non ipse modo, sed & illius posteri, ita quidem vt Aquitaniæ & Normanniæ maximam partem & Lutetiam, & quicquid circum est, plurimis annis occuparint, donec a Carolo 7. Philippi Valesii abnepote, prsus eiecti sunt. Hinc est, quod Angliæ reges inscriptionem & titulum regum Galliæ in hodiernũ diem sibi vsurpent.

1329. Ioannes Papa contentionibus, q̃ erant ei cum Petro Reatino Antipapa & cum Imper. totum Regnum commouet & perturbat.

Valeſius ſacra arma induit aduerſus fideles.

Ioannes Bohemiæ Rex filiã dat Ioanni filio Valeſii.

1335. *Initium belli Anglici.* Rex clero tẽporalem Iuriſdictionem relinquit, hinc verus Catholicus vocatus. Initium belli Anglici, quod tam atrox, cruentũ & funeſtum fuit, vt ex quo Gallia Romanorum arma ſenſit, nullum cum eo ſit conferendum, ſæpius intermiſſum, ſæpius renouatum.

Flamingi Philippo regi ſeſe oppoſuerunt. Gallũ enim ex lineo panno effigiarunt, cum his verbis: Cũ hic Gallus reſonabit: rex repertus, id eſt, Philipp⁹ Caletũ occupabit. Et deinde Eduardum, regem nominarunt. Eduardus ſocietate Flamingorum fretus in Galliam traiicit, & datis ad Philippum literis regnum Galliæ tanquã hereditatem, cum Iſabellæ ſororis trium regum priorum filius ſit, poſtulat, & Tornacũ obſidet. Ro-

Robertus Atrebas Comes Bellomontanus cum litem, quæ ei erat cum Machilde Burgund. amisisset, & ob id inimicitias cum Philippo rege exerceret, ad Eduardi Angli partes se recepit.

Ludouicus Imper. pro Anglo pronuntiauit, sed Philippus veniam petens, Imperatori reconciliatur.

1340. *Pugna naualis.*

Pugna naualis atrox ad Clusas, qua Eduardus præfectos Gallos inter se discordes, cecidit, profligauitque: factæ induciæ, captiui vtrinq; redditi.

Exactiones in Gallia: primum ex sale vectigal institutum.

1346. *Pugna ad Cressiacum.*

Pugna ad Cressiacũ Gallis luctuosissima, cæsi vtrinq; ad 30. M. amissi p̃stantissimi quique, Iohannes Bohemiæ rex, Carol⁹ regis Philippi frater, Rudolphus Lotaringus, & alii.

1347.

Caletum deditur Eduardo. Induciæ.

1350. *Iohann. 50 R. x.* *Ordo Periscelidum.*

¶ 50. Ioannes Philippi Valesii filius regnat 14. annos. Apertus: candidus. Initium ordinis Stellæ. Anglus æmulatus Gartenos equites instituit, qui Periscelidem ferrent.

1190. Rex & Anglus Richardus ad bellum ſacrum proficiſcuntur, & in Sicilia hybernant, poſt Ptolemaidem capiunt, Rex domum redit.

1192. Richardus regnum Cypri Vidoni vendit, quod noſtris temporibus Veneti obtinent.

Richardus in Germania captus.

1214. Philippus infeſtis ſignis illatus eſt in Ottonem Imp. eumq; vicit ad Bouinas.

1224. Ludouicus 8. 42. Rex. 42. Ludouicus Octauus Regnauit triennium. Placidus & mitis.

Is ſtatim renouauit & confirmauit fœdus, fraternitatem & amicitiam cũ Romano Imp. & Germanis.

Mortuus eſt in expeditione cõtra Albianos, qui in Comitatu Toloſano pro hæreticis habebantur, propterea quod corpus Chriſti in pane eſſe, vt in alijs rebus, cenſuerunt.

1227. Ludouic. 9. 43. Rex. 43 Ludouicus nonus, Diuus, Ludouici octaui filius, regnauit 44. annos.

Blancha regis mater Regens inſtiſtituta diſcordias ſedat.

1232. Schola Pariſienſis a Ludouico reſtituta.

Expe-

Expeditio maritima in Asiam. 1237.

Ludouicus rex ſpineam coronam, & alia, quę Venetis oppignorata erãt, redemit.

Rex Damianam in Ægypto expugnat.

Collegium Sorbonicum a Roberto inſtitutum.

Rex Politica & Eccleſiaſtica reformat, multa collegia & ſodalitates condit. Valetudinarium prope virginis templum Lutetiæ exſtruit.

Pax inter Ludouicum & Anglum. 1270.

Ludouicus D. cum tribus filiis in Africam ſoluens, ſæua tempeſtate iactatur. Chartago expugnata, turris obſeſſa. Peſtilentia in caſtris, vnde Iohannes Triſtanus filius Regis obit. Poſtea & pater Ludouicus obit, & filius Philippus Rex Galliæ in caſtris ſalutatur.

Ludo: cum 3. filiis in Africam.

44 Philippus tertius, Audax filius Ludouici S. regnauit 15. annos. 1271.

Philip 3. 44 Rex.

Cum filius Ludouicus obiiſſet, miſit præſules ad Beginnam ſortilegam, ſcitatum, vtrum is veneno obierit: re tandem cognita cubicularius Regis pnitus eſt.

Sortilega.

Petrus Aragoniæ Rex a Constantia vxore, Manfredi filia instigatur, suadente id etiam Nicolao 3. Papa, potentiæ Caroli inuidente; vt ius suum in regno Siciliæ vindicet. Missi igitur qui animos ciuium explorarunt, & res ita composita, vt ad vesperas Paschales omnes Galli in Siciliæ sint interemti.

Vespera Sicula.

Sic Petrus cum exercitu in Sicilia contra Carolum Andegauensem proficiscitur, sed cum Philippus Rex eũ Aragonia bello adoriretur, fugatus & cæsus est.

Bellum Tarraconense, qua crucis insigne contra Christianos, vt ante contra Saracenos, a Papa acceptum.

Philippus Parpinaci peste moritur. Reliquit filios Philippum 4. Pulcrũ & Carolum Francum Valesii Comitem, cuius filius Philippus Valesius prælatus est Eduardo 3.

1286. Philip. 4. 45. Rex.

45. Philippus quartus pulcer, Philippi 3. filius præfuit 28. annos.

Habuit filios Ludouicum Huttinum, Philippum longum & Carolum pulcrum, qui omnes sibi in regno

suc-

ſucceſſerunt. Filiam habuit Iſabellam, quam cum in vxorem habuiſſet Eduardus 2. Angliæ rex, voluit deinde eius filius Eduard. 3. regnum Galliæ appetere, ſed prælatus eſt ei Philippus Valeſius, Caroli Valeſii filius.

Palatiũ in Inſula Pariſ. exſtructum, vbi Parlamentum eſt.

Bellum Anglicanum. Philippus per Carolum Valeſium fratrem bellum in Flandria geſſit.

Bonifacius 8. Papa Ludouicũ. 9. regem inter Sanctos retulit. Et Philippo & ſucceſſoribus permiſerat vacantium Parochiarum vnius anni prouentum. Quod ius regale vocabatur. Bonifacius voluit Philippum ad bellum Hieroſolymitanum inducere, qui cum tergiuerſaretur, pluribus iurgiis intercedentibus iactat Pontifex, ipſum regem & regnum per eius contumaciam ad Romanam Eccleſiam eſſe deuolutum. Rex igitur vetat ne pecunia ex regno ſuo, ad Pontificem Romanũ vehatur. Ideo Pontifex ei regnum abrogat, & Alberto

Origo diſſ. dii Papæ & Philippi.

Papa Philippo regnū abrogat. Imperatori contribuit. Rex contra concilium Ecclesiasticorum conuocat, quorum consilium & sententia Pontificē hæreticum esse pronuntiat & ab eo ad Concilium generale prouocat. Posteaque Papam capit.

Pugna Curtracensis, qua Flandri superiores euadunt.

Rex hortatur filios. Rex ante obitum suum hortatus est filios ad caritatem mutuam, Ludouicum vero natu maximum sic affatus est: Quoniam o fili, pluribus vectigalibus, & tributis populum meum vexaui, & ea re mihi odium acerbum conflaui; tu miserere patris animæ, & quæ male a me gesta sunt, ipse emenda.

Iudæi Gallia pulsi sunt.

1306. Clemens 5. Papa Auinionem. Factus est Papa Clemens 5. prius Episcopus Burdegalensis. Is regnum Galliæ ab excommunicatione absoluit, & sedem Papalem Auinionem transtulit, vbi per 71. annos fuit. Italia interea per Cardinales administrata. In coronatione illius Papæ, Ioannes Dux Britanniæ ruina muri periit. Philippus Rex læsus. Amissus

Car-

carbunculus ex tiara Papæ pretii 6. M. aureorum.

46. Ludouicus Huttinus primus Philippi Quarti filius, idem & Nauarræ Rex, tumultuosus & perturbator. Iudæos in regnum post biennio reuocat. Ioannes 22. Papa ab Huttino constitutus ditior quam sapientior fuit.

1314. *Ludo. Huttinus. 46. Rex.*

Succedit quidem Ioannes Huttinus, sed cito moritur.

47. Philippus Longus secũdus Philippi quarti filius. Idem & Nauarræ rex regnauit quinquennium.

1316. *Philip. Lõg. 47. Rex.*

48. Carolus Pulcer, Tertius & postremus Philippi quarti filius. Idem etiam Nauarrę rex regnauit 7. annos. Hic autem fratre Ludouico sine liberis mortuo etiam Comitatum Alenzonium obtinuit.

1321. *Carol. Pulcer 48. Rex.*

Primus Papæ decumas permisit, quas Papa contra Ludouicum Imp. conuertit, obiit anno 1327.

Cum Carolus pulcer obiisset nullo masculo herede relicto, & Eduardus 2. Angliæ rex illius & præcedentium fratrum regum sororem Isabellam

Origo belli inter Anglos & Gallos.

vxorem habuiſſet. Ibi eius ex ea filius Eduard. 3. petiuit ſibi dari regnū Galliæ, tanquam maſculo Philippi pulcri heredi. Ordines autem conuocato concilio proferebant legem Salicam, qua fœminæ in principatu ſuccedere vetantur. Itaque nec ipſi ſucceſſionem competere, cum ne matri quidem ipſius ſucceſſio competiuiſſet. Et vt fœminæ omnino locum haberent, potius tamen eſſe ius filiarum Ludouici, Philippi & Caroli, quam ſororis ipſorum, & merito illas debere ſuis patribus ſuccedere, ſi qua ratione fœminis ad regnum pateret aditus. Poſt multam vtrinque diſceptationem, ij, qui dicuntur Pares Franciæ, Regem conſtituunt Philippum Valeſium Philippi pulcri ex fratre Carolo Valeſio nepotem.

Genealogia Valeſiorum.

Ludo-

Ludouicus 9. Sanctus.
Philippus 3. Audax.

Philippus 4, Pulcer & Carolus Valesius.

1 Ludouic. Huttinus. 2. Philip. Longus 3. Carolus Pulcer 4. Isabella vx. Eduardi 2.

Eduard. 3.

Philip. Valeſ. prælatus Eduardo 3.

1328. Philip. Valeſ. 49. Rex.

49. Philippus Valeſius Caroli Valeſii, qui frater Philippi 4. Pulcri fuit, filius. Is igitur Eduardo 3. Anglorum Regi, ratione Salicæ legis eſt prælatus, regnat 22. annos.

Eduardus autem repulſam paſſus ſtatim Gallo bellum denuntiauit, & acerrime geſſit, non ipſe modo, ſed & illius poſteri, ita quidem vt Aquitaniæ & Normanniæ maximam partem & Lutetiam, & quicquid circum eſt, plurimis annis occuparint, donec a Carolo 7. Philippi Valeſii abnepote, prſus eiecti ſunt. Hinc eſt, quod Angliæ reges inſcriptionem & titulum regum Galliæ in hodiernū diem ſibi vſurpent.

1329. Ioannes Papa contentionibus, q̃ erant ei cum Petro Reatino Antipapa & cum Imper. totum Regnum commouet & perturbat.

Valeſius ſacra arma induit aduerſus fideles.

Ioannes Bohemiæ Rex filiá dat Ioanni filio Valeſii.

1335. *Initium belli Anglici.* Rex clero tēporalem Iuriſdictionem relinquit, hinc verus Catholicus vocatus. Initium belli Anglici, quod tam atrox, cruentũ & funeſtum fuit, vt ex quo Gallia Romanorum arma ſenſit, nullum cum eo ſit conferendum, ſæpius intermiſſum, ſæpius renouatum.

Flamingi Philippo regi ſeſe oppoſuerunt. Gallũ enim ex lineo panno effigiarunt, cum his verbis: Cũ hic Gallus reſonabit: rex repertus, id eſt, Philipp9 Caletũ occupabit. Et deinde Eduardum, regem nominarunt. Eduardus ſocietate Flamingorum fretus in Galliam traiicit, & datis ad Philippum literis regnum Galliæ tanquá hereditatem, cum Iſabellæ ſororis trium regum priorum filius ſit, poſtulat, & Tornacũ obſidet. Ro-

Robertus Atrebas Comes Bellomontanus cum litem, quæ ei erat cum Machilde Burgund. amisisset, & ob id inimicitias cum Philippo rege exerceret, ad Eduardi Angli partes se recepit.

Ludouicus Imper. pro Anglo pronuntiauit, sed Philippus veniam petens, Imperatori reconciliatur.

Pugna naualis atrox ad Clusas, qua Eduardus præfectos Gallos inter se discordes, cecidit, profligauitque: factæ induciæ, captiui vtrinq; redditi.

1340. Pugna naualis.

Exactiones in Gallia: primum ex sale vectigal institutum.

Pugna ad Cressiacũ Gallis luctuosissima, cæsi vtrinq; ad 30. M. amissi p̃stantissimi quique, Iohannes Bohemiæ rex, Carol⁹ regis Philippi frater, Rudolphus Lotaringus, & alii.

1346. Pugna ad Cressiacum.

Caletum deditur Eduardo. Induciæ.

1347.

¶ 50. Ioannes Philippi Valesii filius regnat 14. annos. Apertus: candidus. Initium ordinis Stellæ. Anglus æmulatus Gartenos equites instituit, qui Periscelidem ferrent.

1350. Iohann. 50 R. x. Or io Periscelidum.

Clemens 6. Papa celebrat Iubileũ. Ioannes Rex a Richardo rege Anglię in pugna apud Pictones capitur, vna cum filio Philippo, qui patrem acriter defendebat. Hic post sexennium dimissus est: Pater in captiuitate mortuus est: Reliquit filios Carolum 5. Regem, Ludouicum, Ioannem & Philippum. Huic Philippo in hereditate obtigit Burgundiæ Ducatus, dictus is est audax. Et ducta in vxorem Ludouici Flandriæ Comitis filia, nactus est, Artesiam, Flandriam, Burgũdiæ superioris Comitatum, & Niuernensem & Rotelensem ditionem. Ei successit filius Ioannes.

Origo bellorum inter Gallum & Burgundicam domũ que ad hodierna tempora durãt.

¶51. Carolus 5. sapiens, Ioannis filius regnat 16. annos, Amator literarum, beneficus.

1364. Carolus 5. 51. Rex.

Bellum inter Gallos & Anglos renouatur.

Carolus 4. Impe. & filius Wenceslaus ingrediuntur Lutetiam, vt Gallum & Anglum concilient, sed reginæ mors omnia turbat.

Carolus arma nunquam induit.

Ca-

Carolus 12. Tonnas auri in residuo habuit. Filios reliquit Carolum 6, & Ludouicum Ducem Aurelianum.

52. Carolus Sextus Caroli 5. filius per 42. annos, profuse prodigus: Pudor & reuerentia tunc exulabat.

1380. Carol. 6. 52. Rex.

Δοῦλος καὶ κύριος τότ' ἕκαστος ἐβούλετο εἶναι.

1387.

Lutetiæ singulare certamen inter Carongium & Griseum adulterum, qui victus sui sceleris pœnas dedit.

Carolus 6. contra Ioannem Britanniæ minoris Ducem expeditione suscepta iter faciens ab homine pannoso admonetur: dicente, ne eas Rex, proditus es a domesticis, territus rex mussat. Interim vnus adolescentum, qui lanceam gerebat, eam dormitans in alterius cassidem decidere sinit, ex quo tinnitu rex in furorem actus destricto gladio quatuor proximos occidit. Postea precibus ad Deum factis sanitati restituitur. Et quia morbus per interualla rediat, summa gubernationis [illegible] patruos Ludouicum & Io[illegible] uit.

Rex incipit delirare.

Fratrem iſte Rex habuit Ludouicum Ducem Aurelianum, inter hunc & Ioannem Burgundiæ ducem, Philippi Audacis filium patrueles. Orta fuit æmulatio quædam atq. ſimultas de principatu, dum ambo, per valetudinem regis, primas adminiſtrationis partes obtinere ſtudent. Augeſcēte vero indies magis atque magis eo diſſidio: Dux Aurelianus, de nocte quum paucis admodum comitat⁹ domum rediret, Lutetię fuit interfectus. Qui cædem fecerant, profugerant in ædes, quas tum Flandrię Comites ibi, vt plerique alii proceres habebant. Hoc poſtea cognitum fuit habita q̃ſtione. Poſtridie conueniunt patrui & propinqui regis. In his etiam erat Burgundiæ Dux Ioannes. Cumque de perpetrata cæde grauis inſtitueretur ab omnibus quærimonia: Biturigum Dux animaduertit in Ioanne vultum atque colorem mutari. Secedens igitur, priuatim cum eo & amice loquitur: rogat an ſit ſibi conſcius? ille ſuſpirans & in lachrymas effuſus, fatetur ſummiſſos a ſe fuiſſe percuſſores

Ludouic. Dux Aurel. a Ioh'a. Bur. occiſus.

1407.

Iohan. cædem fatetur.

res

res. Tum Biturix, heu me miserum, ait, qui vno die duos amitto consanguineos. Burgundus illico discedens ab eo, quasi mox rediturus, conscendit equum & paruo comitatu profectus incredibili celeritate contendit ad Atrebates, ac pontem a suis, qua transibat, rescindi iubet, atque ita incolumis euasit. Collectis deinde copiis, quoniã & deploratam regis valetudinem, & factionibus sciebat diuisos esse multorum animos, incursionibus Galliam vexabat, & Parisiensem populum habebat suis rebus fauentem, eoque deducta res tandem fuit post multam disceptationem, vt Carolus 6. compositione cum eo facta publicis literis fateretur, cædem illam sui fratris, iure ac Reipubl. bono factam fuisse. Verum vt fieri solet in rebus, quę parum firmo nitũtur fundamento, quum reliqui principes & ordines Aureliani Ducis filii potissimum, hanc regis contestationẽ improbarẽt, & ab eo qui parum esset sanæ mentis, profectam esse dicerent: recruduit odium, præsertim cum iam

paulatim grandeſceret Caroli Sexti filius. Renouatis igitur diſſidiis miſerrimus erat Galliæ ſtatus. Angli enim, qui iam inde a Philippo Valeſio regis proauo illam vexauerant, hanc occaſionem conſpicati grauiſſimum ei bellum inferebant. In his acerbitatibus cœptum eſt cogitari de remedio & ſalute. Cumque Angli Rothomagum obſiderent, eo deducta res fuit, vt vtrinque data fide, Burgundus & filius Regis (Delphinum Galli vocant) qui poſtea dictus eſt Carolus eius nominis ſeptimus, apud Monſtretum viginti ſupra Lutetiam milliaribus oppidum, ad confluentem Sequanæ & Ionæ, in collocutionem venirent. Ibi tunc Burgundus inſolentiore ſermone vſus in conſpectu Delphini, ad quem tranſierat, fuit interemtus a quibuſdam Aureliani Ducis familiaribus, quos ad colloquium Delphinus adduxerat, anno duodecimo poſt Aureliani cædem. Hanc patris necem Philippus filius cognomento

Carol. 7.

1419.

mento Bonus vlciſcens, fœdere ſe coniunxit Anglis, & illorum adiutus præſidiis per triginta duos annos continenter bellum Galliæ fecit.

1435. Pax conſtituta.

Tandem ſummorum Principum interceſſione pax inter eum & Carolum ſeptimum facta fuit Atrebati excluſis Anglis, qui nimium acres & duras leges proponebant. Ea pacificatio prorſus erat ex vtilitate Philippi. Sic enim tunc afflicta fuit Gallia, vt tranquillitate & otio vehementer opus haberet. Inter alia rex dabat Philippo Duci & eius liberis maſculis, agrum illum omnem & oppida, quæ ſunt ad Somiam flumen, ſub certa conditione, vt in Cominæo videre eſt. Ea conſtituta pace, rex quod voluit conſequebatur. Nam belli ſummam & omne robur in Anglos, qui tunc bonam Galliæ partem tenebāt, conuertit, eoſque ex omnibus vndique locis tandem profligauit, ita quidem, vt ab eo tempore, præter Caletos, nihil hodie magnopere citra mare poſſideant.

Ludo 11. & Carol. Burg. 1460.

A morte Caroli 7. bellũ quod antea vix magno labore ſedatum fuit, renouatum eſt inter eius filium Ludouicum vndecimum & Carolum Philippi filium, vt ex Cominæo conſtat. Quo interfecto ꝓpe Nanceium rex Burgundicam domum acerrime perſecutus, non modo Burgundiam vtranque, ſed & Picardiæ & Arteſiæ bonam partem occupauit, ac bellum deinde geſſit cum Maximiliano Friderici Cæſaris filio, qui Caroli filiam vnicam & florentiſſimarum ditionũ heredem in matrimonium duxerat.

1477.

Maximil. Caroli Burgundi filiam ducit.

1483.

Compoſito tandem & hoc bello per connubium, & mortuo Ludouico 12. Carolus filius, eius nominis octauus, grandior factus Margaretam Maximiliani filiam, ſponſam ſuam, ante annos nouem ad ſe deductam, domum remiſit, & Annam Franciſci Britanniæ minoris Ducis, filiam vnicam Maximiliano publice in Eccleſia, per internunciũ deſponſam, vxorem duxit, vt Britannia, cuius iam bonam partem occupauerat, ſine contentione potiretur, eamq; pacatam haberet.

Carol. 8. remittit Max. filiã & ei ſpõſam rapit.

1488.

Carol. 8. Britanniã.

Ibi

Ibi denuo quod nuper curatũ erat vulnus recruduit, & grauissima sunt exorta bella, propter hanc, quã Maximilianus factam sibi putabat esse cõtumeliam. Ac inter alia, cum Carolus regno Neapolitano capto, domum rediret: Maximilianus fœdere coniunctus cum Alexandro Pont: Rom: & Hispaniarũ rege, & Venetis, & Ludouico Sfortia Mediolani Duce, ꝓpe forum nouum, ad radices Apennini montis illum adortus est. Verum ipse, tametsi multo inferior numero, singulari quadam fortuna peruasit. In publicis etiam Imperii decretis exstat quoddam Maximiliani postulatum, vbi a Principibus Germaniæ opẽ petit aduersus illum, molientem res nouas contra Pontificem & Italiæ proceres. Ab eius morte delatus est Galliæ Principatus ad Ludouicum eius nominis duodecimum. Et quanquã de odiis nonnihil iam remissum erat: tamen certa nulla fuit inter eos aut constans amicitia, turbante omnia Iulio 2. Pont. qui cum esset infestissimus Galliæ, traduxit ad se quæcunq;

Maxim. & confœderati cont. Carol. 8.

Ludo 12.

Iulius 2. Pont.

potuit auxilia, & in his Maximilianũ. Qui quoniam diutissime regnauit, cum Frãcisco etiam Valesio, eius nominis primo, Gallorum rege inimicitias exercuit.

Dissidia Burgund. & Galliæ regum.

Et ab eius morte, quę sint cõsecuta bella inter Carolum 5. Imp. Maximiliani nepotẽ, in quo Burgũdica stirps, atq; Caroli posteritas renata esse videtur, & hunc ipsum Franciscũ, historiæ testantur. Quod dissidiũ inter filios postea maximis & diuturnis in Italia & vicinia Gallię gestis bellis, est continuatũ, dum Austriaca domus ereptã sibi Burgundiam, & Galliæ reges ademtum sibi Mediolanũ quæruntur. Sicuti nunc quidẽ Hispanus regnum Neapolitanũ & Insubriam possidet.

Ludouici Aurel. cædes origo bellorum.

Ista igitur inter vtramq; domũ perpetuata bella ex illa Aureliani Ducis cęde originẽ cœperũt, vt merito singulari cura & pia diuini nominis inuocatione inter amicos & ꝓpinquos dissidia vitãda sint & detestãda. Sed vt res sit illustrior Genealogiã subijcio.

1366.

Ioannes Burgundiæ Dux cum Sigismundo Imper. contra Turcam

captus

captus est, & soluto λύτρῳ rediit.

Hēricus Dux Lāncestri exsul in Gallia clam in Angliam reuersus Richardum regno deturbat, ac se regē facit. 1399.

Ludouic⁹ Dux Aurelienſ. a Ioanne Burgūd: Lutetiis cæsus, de quo supra. 1407.

Ioannes Villarius proditione vnius portæ de nocte Lutetiā cum armatis inuadit, & maximas carnificinas facit, vrbemq; regemq; & aulam omnē Burgundioni recepit. Delphinus ægre euasit. 1418. *Lutetia capta.*

Philippus Burgundus in Patris sui Ioannis, qui in conſpectu Delphini Mōterigoli necatus est, vltionem, regem, reginā & Lutetiā in manus Hērici Angliæ regis tradidit, & ei Caroli filiā nubere cogit, vt eorū liberi Franciæ regno succederēt, & Henricus interea rex Angliæ & rector Frāciæ cognominaretur, Delphinus exheredatus & proſcriptus est. 1419.

53. Carolus ſeptimus Caroli 6. filius gubernationi pręfuit 38. annos. 1425. *Carolus 7.*

Ioanna puella quædam armata Aurelianos obſessos contra Burgundionem iuuat, & hostem diſcedere cogit. 1430.

Ioanna prœliatrix puella.

Carolum Rhenus coronandum per loca hoſtibus infeſta ducit, multis in itinere receptis. Virgo ea ob victorias celebrata fuit. Sed ad extremũ capta & magicarum artium inſimulata exuſta eſt.

1432. Henricus 6. Rex Angliæ, Lutetiæ, Franciæ rex coronatur.

Maximæ calamitates bellorum & famis in Gallia.

1436. Lutetia ab Anglis vindicata. Ioannes Villarius, quam perfidioſum in ea capienda, tam ſtrenuum in ea recuperanda ſe præſtitit.

1440. Contentionum inter Aurelium & Burgundum finis.

1442. Renatus amiſſa Neapol. contra Alphonſum in Galliam redit.

Rex in Normannia rem bene gerit, & cum triumpho Rothomagum ingreditur.

1450. Rex vniuerſam Normanniam poſt 30. annos, ex quo ab Anglis ſubacta fuerat, recuperauit.

Galli Aquitaniam quoq; recipiũt.

1452. 1455. Angli ex Francia penitus expulſi, præterquam ex Caleto.

54. Ludouicus vndecimus Caroli 7. filius pręfuit 23. annos. Oppugnatur a fratre Carolo.

1461. Ludouic. 11.

Bellum bonum publicum dictum consensu & conspiratione Principũ tentantium regem ipsum in ordinẽ cogere, qui dignitates & munera dignis a patre delata abrogauerat & a nobilioirib. semper aliquid exigebat: ad id Carolus Burgundus Dux regis frater caput electus, socio Curolesio Burgundo. Tãdem pax sancita vt Cãpania & Brya fratri cederet.

1474. Bellũ Principum contra Ludo. 11.

Rex vrbes, quas Burgundo cedere coactus erat, paulatim iterũ ad se pertrahit.

Carolus audax Dux Burgundiæ.

1474.

Stathmi & diuersoria cursoriis equis; primum in Gallia constituta.

1477.

En CeCIDt beLLO BVrgVnDVs CaroLVS, eheV.

Occiso Carolo Burgundo ad Nancæam Rex Flandriam, Burgundiam, & quæ potuit illius in Picardia occupat.

Maria Caroli Burgundi filia nubit Maximiliano.

1482. Maria ex equo lapsa obit.

Gandauenses Maximiliano quodammodo præscribunt.

Ludo 11. filio præcipit. Ludouicus rex miro & vafro ingenio, filio mandauit, ne mutaret magistratus, & vt tantum quinque verba hæc latine edisceret: Qui nescit dissimulare, nescit imperare. Lucis huius vsuram diuturniorem summis votis expetens, sacrum liquorem, cœlitus olim Ludouico missum Remis, Virgã item Aaronis & alia sacra afferẽda curauit, sed cõtra vim mortis nihil profuere.

1454. *Carolus 8.* 55. Carolus octauus Ludouici 11. filius ad gubernaculũ sedit 14. annos.

1489. Rex Margareta Maximiliani filia repudiata Annam Britanniæ heredẽ vxorem ducit, quã per legatum iam Maximiliano nuptam, ipsi eripiebat.

Origo contentionis de regno Neapolitano. Carolus 8. instituit expeditionem ad recuperandum regnum Neapolitanum. Cur autem Gallus hoc regnũ sibi proprium vendicaret, hæc fuit caussa, & hæc toti' cõtrouersiæ origo.

Gra-

Grauiſſima & perpetua, inde vſq; a morte Friderici 2. Imp. ſuper regno Neapolitano, inter Arragonicam & Andegauẽſem familiam diſſidia fuerunt. Et reiterato ſubinde bello, quũ poſtremo Ioãna regina Neapolis Alphonſo Arragoniæ rege, quem prius adoptauerat, repudiato, Ludouicum Andegauienſem arrogaſſet, varia fuit ac incerta victoria, verum exſtiterũt ſuperiores tandem Arragonii & Neapolin tenuerunt, quoad Carolus hic 8. hac expeditione facta eiecit, ad quã Principes & nobiles ſuis ſumtibus militabant.

Ludouicus Sfortia Dux Mediolani hoc bellum valde promouebat.

Rex Alphonſus & filius Ferdinandus Dux Calabrię profugi in Siciliam ſe receperunt. Carolus regnum obtinet cum triũpho Neapolim ingreſſus, & Gilberto a Montpeſſemo proge ibi relicto Romam redit.

Vniuerſæ Italiæ Principes & Ciuitates coeũt, vt obſeſſis itinerib. reditũ intercluderent regem. Sed tamen is perrupit atq; euaſit.

Nota, Hispanus tandem regnum hoc anno 1503. contra fœdus pactum recuperauit. Ac Franciscus 1. bello captus ad Ticinum, inter alias pacis conditiones liberam eius regni possessionem, Carolo 5. Imp. permisit, & ab omni iure atque actione discessit.

1495. Neapolis ad Ferdinandũ Alphonsi filium defecit. Galli pro rege Gilberto mortuo in Galliam redierunt.

1498. Ludouic. 12. *56.* Ludouicus 12. Dux Aurelianẽsis regnauit 17. annos

Scholam & curiam reformare instituit.

1500. Ruina pontis S. Mariæ Lutetiæ.

Iubilæus Romæ celebratus.

Ludouicus *12.* occupauit Mediolanum, capto Ludouico Sfortia.

Operæ autem pretium est, videre quæ sit bellorum de Mediolano inter Hispanum & Gallum origo.

Ante annos Mille & amplius, hi qui dicuntur Longobardi, mutatis sedibus ex Pannonia transierunt in eã Italiæ partem, quæ nunc est Insubria, & ab ipsis, qui occuparunt, vulgo nomen

men habet. Hi ducentis fere post annis, quam eo venerant, deuicti a Carolo Magno, facultates omnes atque regnum amiserunt, & in Imperii Romani potestatem redacta prouincia, constitutus ibi fuit præfectus, qui vulgo dicebatur Vicecomes, ad eumque modū administrata fuit, donec Ducatus nomen atque dignitatem obtinuit, quod fuit Wenceslao Cæsare. Is enim Ioannem Galeacium Vicecomitem, hominem crudelem, accepta pecunia, Mediolani Ducem instituit, ic tamen vt esset in Imperii Romani ide ac clientela. Huic duo erant filii oannes & Philippus cognomento Mariæ. Ioannes, quum suis moribus tque nequitia voluntates hominum ienasset, interfectus fuit a suis famiaribus, & quod nullos habebat libeos, imperii summa peruenit ad Phiippum. Is in matrimonium duxit annis Galliæ regis filiam, Bonam, absque liberis discessit.

Ducatus Mediolan.

149

Eius vero sororem Valentinam, in atrimonio habuit Ludouicus Auiorum Dux Caroli Quinti Galliæ

regis filius, quem Ioannes Burgũdiæ Dux Lutetiæ per insidias, noctu summissis percussoribus interfecit. Ludouicus tres reliquit filios, Carolum, Philippum, Ioannem.

Carolo fuit filius Ludouicus Aureliorum Dux, post rex Galliæ eius nominis duodecimus. Philippus Vraniensium Comes, absq; liberis e vita discessit. Ioannes Engolismorũ Comes filium habuit Carolum Francisci primi Galliæ regis parentem. Ab illa igitur, quam diximus, Valentina Ludouicus 12. & post eum Galliæ reges Insubriam ad se pertinere contendunt.

1498. Philippus Maria Galeatius.

Franciscus Sfortia occupat Mediolanum propter vxorem.

Nunc de Sfortiis dicendum est. Is quẽ diximus, Philippus Maria, tertius Mediolani Dux, nullãquidẽ legitimã sobolẽ, sed filiã habuit nothã, eamq; duxit in matrimonium Franciscus Sfortia, qui cum esset summæ virtutis & bello multa fecisset præclare: mortuo socero Mediolani Principatũ arripuit: Quo tẽpore bellis ardebat tota Gallia, quã hinc Burgũdiones, illinc Angli confœderati diuexabant.

Sfor-

Sfortiæ quinque erant filii: Galeacius, Ioannes, Philippus, Afcani⁹, Ludouicus. Ludouicus hic Sfortia Mediolanum Germanorum auxilio recuperauit.

Ludouic. Sfortia a Lud. 12. capitur.

Huic deinde bellum fecit Ludouicus duodecimus Galliæ Rex, & occupata Infubria, cáptiuum in Galliã deduxit, vbi paulo poft moritur.

Erant ei duo filii Maximilianus & Franciſcus. Maximilianum, (qui bellis contra Galliam excitatis a Põtifice Iulio, Mediolanũ recupauerat) totis virib. oppugnauit fucceffor Ludouici Regis, Franciſcus primus, & cæfis ad Morignanũ Heluetiis, exercituq; omni profligato, cepit, captumque in Galliam mifit, vbi & vitam ille finiit, ti pater.

Maximilian. Sfortia a Franc. 1. capitur.

Franciſcus autẽ ex fratribus alter, ariis agitatus procellis, beneficio & pa Caroli Quinti Cæfaris: poft diurnũ bellũ profligatis Gallis, tandem cuperauit agrum paternum, & fuit us nominis fecundus Mediolani ux ac in matrimonio habuit Cæfa- eforore Ifabella nepiem.

Franciſc. Sfortia ope Caroli 5. Imp.

Carol. Imp. retinet Mediolan.

Eo demum mortuo ſine liberis, Cęſar Inſubriam omnem in ſuam poteſtatem redegit, in cuius poſteritate etiamnum hæret.

Rex Neapolin recuper.

Albiniacus regis pręfectus Neapolin a Friderico recuperat, qui mortuo Ferdinando fratris filio ſibi ius regni vindicabat, Friderico in Galliam abducto.

Philip. per Lutet.

Philippus Archidux per Lutetiam in Hiſpaniam, reditque Lugdunum.

Fit pax inter Gallum, Hiſpanos, Cæſarem, Archiducem.

Philippus Margaretam ſororem, Sibaudi vxorem inuiſit.

Galli pulſi Neapoli.

Galli pelluntur Neapoli aſtu Alexandri Pontificis.

Hiſpanus violata pace Neapolim occupat.

Veneti ad Carauagium victi Dalmauo capto.

1509. Rex Mediolanum.

Brixia, Bergonũ, Crema, Cremona, ceteraque ex Ducatu Mediolanenſi loca in poteſtatem Regis venere, a quo etiam Papa, Imperator, Hiſpanus, ad recuperandas vrbes a Venetis occupatas, adiuti. Sic Venetorũ reſpublica valde attenuata.

1512. Veneti laborant.

Iulius Papa ad Venetos deficit, Hispanos Germanos & Heluetios aduersus Regem sollicitans. *Iulius 2.*

Vasto Dux Nemorosi Regis praefectus Bononiam contra Papam expugnat. *Bononia capta.*

Heluetii in agrum Mediolanensem transcendunt.

Brixia, quae ad Venetos desciuerat a Vasto recipitur & vastatur. *Brixia.*

Rex die Paschae ad Rauēnam vincit, Papae, Venetorum & Hispanorū copias. Rauenna destructa, Vasto victor occubuit. *Clades ad Rauennam die Pascha.*

Iulius sceleratus & vecors Caesarē, Anglum, Heluetios in Francos accēdit, sed interea moritur.

Ferdinandus rex Hispaniae pulso Ioanne Nauarrae, regnum occupat. *Ferdinand. Nauarr.*

Pax inter regem & Venetos.

FRanciscus Valesius Dux Engolismensis, Ludouici 12. gener, filius Caroli Valesii pronepotis Caroli sapientis, gubernauit 32. annos. *1515. Franciscus 1. Valesius.*

Rex recuperaturus Neapol. vincit Prosperum.

Rex expeditione ad recuperādam Neapolim suscepta Prosperum Columnam a Leone Pont: Mediolanensibus in auxiliū missum vincit & capit.

Mediolanū capit Sfortiam abducit.

Postea Heluetiorum fortissimum exercitum superat & fugat, & Mediolanū & arcē deditione capit, misso in Galliā captiuo Maximiliano Sfortia.

Fœdus.

Fœdus cum Heluetiis, vt ijs annua pecunia soluatur. Et cum Leone Pontifice conciliatio.

Borbonius Galli Prorex, Mediolani, Maximiliani Cęsaris copias fundit.

1518.

Abrogata publica sanctio frenente & tumultuāte vniuerso clero Galliæ.

Cruciada Cont. Turcam.

Cruciada publicata, vt videlicet contra Turcam fierent contributiones, pro indulgentiis, quibus sese Lutherus in Saxonia opposuit.

1519.

Carolus Quintus eligit' Imperator.

1521.

Belgradum amissum.

Cæsar & Leo Papa Mediolanum recipiunt.

Borbonius Hisdinum expugnat.

Cæsariani Tornacenses obsident, capi-

capiunt, & Angli Hesdinum frustra obsident.

Borbonius ad Cæsarem deficit, & Massiliam frustra obsidet. Rex eum persequitur.

1523. Borbon. ad Cæsarem.

Rex obsessa Papia capitur.

1525. Francis. captus.

Circa Martini festum gelu semina corrumpit, vnde secuta fames.

Rhodos amissa.

Rhodos.

Lascaris linguam Græcam Parisiis docet.

Ludouicus rex Vngariæ a Solimãno occisus. Ferdinandus Archidux Austriæ fit rex Vngariæ.

1526.

Roma a Borbonio capit' & ipse pit.

1527. Roma capta

Clemens 40. M. auri se redimit.

Quæstiones repetundarũ in Galliis exercentur, plures plectuntur.

Gallus & Anglus Carolo 5. Imp. bellum indicunt.

Rex mittit Lautrecium in Italiam in subsidium Papæ Clementis, qui expugnata Papia & aliis, opinione diutius in obsidione Neapolis moratus, ibi moritur.

Lautrecius in Italia.

Weivvoda, qui se pro rege Vngariæ vendicabat, petit auxilium a

Gallo contra Ferdinandum Archiducem.

1529. Pax inter magnates.

Pax Cameraci Heroidum conuẽtu, inter Pontificem, Cæſarem, reges Bohemiæ & Vngariæ.

Rex nobiliſſima ædificia paſſim exſtruit.

Regii liberi duobus Millionibus redemti.

Rex literas, artes & linguas amauit, fouit & promouit apprime, vel eo nomine laudem immortalem conſecutus.

Clemens Papa in ciues Florentinos inclementer ſæuit.

1533.

Papa & Rex Maſſiliæ.

1534.

Solymannus a Sophi vincitur.

Contra Papiſmum.

Libelli famoſi contra Papiſmum paſſim Lutetiis & alibi ſparſi, Rex idcirco publicas ſupplicationes inſtituit, & eo die multos Lutheranos, (Sic enim Euangelici tunc vocabantur) per ignem hoſtias Deo conſecrat.

1535.

Cæſar Tunetũ expugnat, Triumphans Romam ingreditur.

Franciſcus Delphini necatus.

Franciſcus Delphinus, Antonii Leuæ inſtinctu ab Italo quodã veneno potionatus necatur Cæ-

Cæſar exercitum in prouinciam Narbonenſem ducit, ſed commeatu intercluſo regredi cogitur.

1536.

Alex. Medices necatus.

Alexander Medices Florẽtiæ Dux, Cæſaris gener, a Laurẽtio propinquo in latrina necatur.

Bellum in Picardia.

Rex Hiſdinum obſidet, capit. Fanum Pauli munit. Cæſariani id obſident, expugnant, cæſis omnibus pręſidiariis. Capiunt & Monſtrolum, obſident Morinum & multos primarios alimoniam inferre conatos capiunt, & induciis factis obſidionem ſoluũt.

Henricus Delphinus in agro Taurinenſi Cæſarianos vltra Padum propellit.

Induciæ in triennium.

1537.

Turris icta.

Turris fulmine icta, in qua puluis bombardicus incẽſus Lutetiæ omnia ate diſſipat.

Papa, Cæſar & Rex Niciæ conuenerunt, & cum pax conciliari nequiet, induciæ in decennium factæ

Lex de litibus.

Lata lex de litibus forenſibus certo compendio decidendis, & cito ad xitum perducendis.

1540.

Gandauienſes ſuorum Priuilegio-

Gandauenses rebelles. rum diplomata a Maria Gubernatrice sibi sublata queruntur, & ad Gallū deficere satagunt: sed ab eo non recipiuntur.

Cæsar per Galliam. Cæsar per Galliam, vbi honorificentissime deducit̃. trāsiens, Gandauienses, plexis seditionis auctoribus, in ordinē redigit, exstructa in medio vrbis arce munitissima, ex qua ciuitas compesci potest.

1541. Cliuensis. Dux Cliuensis (non bene Gandaui a Cæsare propter Geldriam exceptus) ad Regem transit.

1542. Legati violati. Cæsar Frogesus, & Rincouius Legati Regis, a Cæsarianis capti & necati. Rex legatos ad Cæsarem mittit, vt Cæsar Legatorum noxam sibi expiaret, & de Mediolani iure satisfaceret. His nihil obtinetibus bellum cruentissimum excitatum.

Bellum in Brabantia. Longeuillius Brabantiam vastat: multa loca pecunia mulctat. Auisacū cæsis aut captis tribus millibus in fugam vertit.

1542. Cæsariani Cliuensis ditionem igni & ferro vastant, quos Wilhelmus Dux iterum repellit.

Caro-

Carolus Regis filius Arlunum, Luzemburg & omnes eius Ducatus arces & oppida capit munitque.

Gallus Tornacũ capit, ſolo æquat. Flandros duce Rentio fundit. Lilerium capit.

Tornacum.

Rex Perponianum in Hiſpaniæ & Galliæ confinio obſidet, ſed fruſtra.

Motus ob vectigalia.

Rex Rupellanos & marinarum Inſularũ incolas, qui ob ſalinarũ vectigalia nouos motus cõcitauerant, iratus cũ armatis copiis adit: verum pueris & inermi plebe, miſericordiam eius ſubinde implorantibus, veniam ipſis cõcedit, & rebellionis ſeminaria in ipſo exortu exſtinguit.

Rex cenſum ſubditis imponit ſoluendum.

1548.

Rex Landricium capit munit.

Landricium.

Cæſar ex Hiſpania per Genuã adueniens, & Cliuenſi domato, Landricium obſidet: cui tamen Rex opportune prouidet. Cęſariani Luzemburgum obſident, ſed fruſtra.

Franciſcus Anguineus Alpinarum gentium prorex, Cæſarianorũ, quorum Alphonſus Daualus Dux fuit,

1544.

Cæſariani cæſi.

ad 20. M. fudit & Carigniam ciuitatem deditione capit.

Cæſar cum Henrico Anglo confœderatus in Galliam irrumpit, & in Campania Ligniciũ expugnat. Sandizerium deditione capit. Hinc ſecuta Lutetię trepidatio ingens. Cumque Cathalanium perueniſſet, Monacho Hiſpano quodam internũcio de pace tractatum & concluſum.

Lutetia tripedatio.

Anglus Boloniam deditione accipit. Sed is Galli exercitu adueniente in Angliam redit.

Claſſis Gallica maris imperio contra Anglum potitur.

1546.

In Gallia ſumma caritas annonæ.

Tractatio inter Gallum & Anglum.

1547. Franciſ moritur.

Franciſcus Rex Galliæ diem ſuum obiit, die 30. Martii.

1547. Henricus 2. Rex Gall.

HEnricus 2. filius Franciſci regnauit 15. annos.

Auſpicatur regnum ab aſpectu duelli,

elli, quo nobilis contemtior trucidat gloriosiorem. *Duellum.*

Rex molitur bellũ in Scotia. Propter auctionem vectigalium ſalis, in Guyenne atrox exoritur ſeditio, in qua multi officiatii, inter hos & præfectus Monneus, cęduntur. Sed grauiſſime puniuntur, & pretium relaxatur. *Seditio.*

Rex Carolo Guiſio iam Cardinali dat Epiſcopatum Remis. *1548. Carol. Guiſ. Cardin.*

Tunc Carolus Bourbon (Henrici de Vendoſme, regis Nauarræ frater) fit Cardinalis.

Cardinalis Lotharingius Papam Gallo adiungit contra Carolum V. Cęſarem, qui Placentiam (filio Papæ Petro Ludo: Farneſio a ciuibus ſuis ſuſpenſo) occuparat. *Gallus contra Cæſarem.*

Antonius Bourbonius ducit Albertam Nauarræam Franciſci &c. filiam Lutetiæ. *1548.*

Ordinatur conſiſtorium contra Lutheranos, quos tunc ita vocabant. *Contra Lutheranos.*

Varii ludi celebrati Lutetijs. *1548.*

Rex pro tribunali ſedet.

Rex videt cremari Lutheranos.

Rex generali processioni mense Iulio interest, & a prandio animus ei incessit videndi ignes cremandorum quorũdam Lutheranorũ, inter quos Sartor quidam regem acriter monet, & præsentem igni ita cõtinuo immotó vultu intuetur, vt territus rex iurarit, se neminẽ postmodo, qui supplicio afficeretur, aspicere velle.

* Nota. quid idem contra, de Anna Borgia post decennium dixerit, & quid actum sit?

Leges vestiarias promulgat.

Veruni.

1549.

Veruni & soceri propter Bologinã plectũtur, & postea anno 1577. ijdem absoluuntur.

Merindol.

Nota. Merindolæ negotiũ Anno 1540. cœptũ & postea redintegratum.

1550.

Pax inter regem Galliæ & Angliæ. Bolognia restituitur Gallo.

Obiit Claudius Lotharingus primus Guisii Dux.

Bellum Galli & Hispani.

Obiit Ioannes Cardinalis Lotharingus. Occasio belli inter Gallum & Hispanũ in Italia oborta. Gallus venditabat, se protectorem Octauiani, cui Papa Parmam dedit: verum Carolus

rolus Imp. obſtabat, ideo Octauianus opem Galli implorauit. Hinc inter hos de Parma eſt dimicatum, & ſic bellum inflammatum.

Maria gubernatrix Belgii Caroli Imp. ſoror, regina Hũgariæ, in Picardia militem habet. 1553

Rex concilium Tridentinum repudiat, nõ religionis cauſſa, ſed quod Papa Gallo ſuccenſens, eius prætextu grauare ipſum potuiſſet: Rex ſuis ne Romã commeent, nec pecuniã pendant, vetat. In religioſos fideles ſęuit.

Gallus concilium Trident. repudiat.

1552.

Ne Galli Romam.

Locatur vtrinq; miles ad fines Lotharingiæ.

Germani principes videntes Gallum ſe contra Cæſarem parare, cũ eo agunt, vt ſibi contra eundem adſiſtat. Quod Rex cupide facit, magnifice ꝑmittẽs, nõ cõmiſſurũ ſe, vt vlli aliquã iniuria aut detrimẽtum inferat, & ſe protectorẽ libertatis Germanicæ indigitat. Interim Lutheranos in ſuo regno vehementer perſequitur.

Fœdus Galli & pp. Germanorum.

Sic ingẽti & ſplẽdidiſſimo exercitu collecto Gallia egreditur. Conneſtabilis tranſitum per vrbẽ Metim petit,

Gallus Metim occupat.

& eo impetrato vrbem obtinet, sic vrbs ea ab Imperio auulsa, in potestatem Galli peruenit.

1552. Tentatum idem aduersus Argentoratum est, sed vana opera.

Quid Lincii actum. Mauritius Elector Saxoniæ scribit Regi, quid Linciis actum sit, & spem bonæ pacis a Cæsare iniectam esse, quærens; num & rex ipse in ea pace comprehendi velit?

Gallus regreditur. Rex audiens, Mariam suas ditiones bello inuadere, & principes Germaniæ tergiuersari, per Bipontum Metim & contra Mariam regreditur.

Cæsare Germania egresso, comitia habentur Patauii Bauariæ.

Dehinc bellum in Luxemburgo grassatur.

Interim Cæsar pacem cum principibus init, vt eorum opera aduersus Gallum vti queat, quod regem quidem male habet, sed tamen obsides Mauritio remittit.

Margraf. Albert. grassatur. Margrauius Albertus, nomine regis contra Episcopos tumultuatur.

Cæsar

Cæsar Metim obsidet, sæuitia hyemis omnem conatum impediente.

Cæsar Metim frustra obsidet.

Marchio Albertus, Cæsari reconciliatus Dammalium ad Metim capit.

Hesdinũ iam Cęsariani, post Galli, deniq; Cæsariani recipiunt.

1553.

Rex triplici exercitu in Artois, Ardenna & Leodiis grassatur, pariter & in Hannonia omnia miserabiliter vastadat. Similiter & bellum in Pedemontio viget.

1554. Grassatio in Hannonia.

Pacis tractatio non succedit.

1555.

Galli in Picardia cæsi.

In Pedemontio capta vrbs Vulpiana. Obsidio senis ꝑ Cęsarianos, Strosi fusus.

Turcæ vastant Toscaniam, Neapolin, Siciliam &c. non aduersantibus nec inuidentibus Gallis.

Carolus Imp. regna sua Philippo filio regi Angliæ resignat, mandans vt pacem cum Gallo faciat.

Carolus 5. regna Philippo filio tradidit.

Obit Margrafius Marignan, cui Cæsar offensior, quod in obsidione Sienæ frigidius egisset, & magnum ibi exercitum amisisset.

Marignan.

1556.
Pax inita.

Philippus rex Hiſpaniæ pacem ad quinquennium cum Gallo init, quæ tamen continuo rurſum violatur.

Gallus bellũ ſuſcitat.

Nota. Cardinalis Lotharingus, ſpe euindicandi familiæ ſuæ regni Neapolitani, Gallum violatis induciis, periculoſo bello implicuit.

Paulus 4. Papa.

Papa Paulus quartus Carafa fauẽs Gallo animaduertit ab Hiſpanicis Romę cõſilia cudi cõtra ipſum, ideo quoſdam Cardinales captiuat, & Antonium Columnã Romam citat. &c.

Hiſpanici queruntur hoc regi ſuo, qui mittit Albanum Columnenſibus & Vrſinis in auxilium contra Papam.

Papa pileũ & enſem.

Papa Cardinalem Carafam mittit ad Gallum cum pileo & enſe, & auxilium petit. Gallus hoc Hiſpano proponit, qui tale reſponſum dat, quod Cardinali legato non arridet. Sic flamma belli Romæ exorta. Nã Gallus Strozam Marſcalkum Galliæ in Italiam contra Hiſpanos mittit.

Ioãnes de Luines gubernator Mediolani ad Gallum deſciſcit. Octauian⁹ ab Hiſpanis Placẽtiæ reſtitutus, ad eoſdẽ trãſit. Albanus in finib. Romæ

Albanus.

pre-

p̃dasagit. Papã quodãmodo premit.

Gallus mittit Frãciſcum Guiſium cum ingẽti exercitu Turinum Pedemontii, ad exercitũ Briſaci. Fecit hoc improbãtibus id ꝓceribus Galliæ, qui pacẽ non violandam eſſe dicebant. Florentini & Mediolanenſes contra ſe muniunt.

1557.
Gallus bellum in Italia.

Hiſpani Oſtiã ciuitatẽ obtinẽt. Cardinalis Carafa cũ Venetianis agit, vt Pontifici adſiſtãt, ſed tergiuerſant' id facere propter Hiſpanũ. Fœdus inter Papã, Gallum & Ferrarienſem principem de conferendo milite.

Hiſpani Oſtiam.
Fœdus Papa & Galli.

Guiſius trãſigit cũ p̃ſide Valentiæ vrbis, & eã occupat: qui tam facile ea ceſſerunt, Pauiæ plectunt'. Gubernator Mediolani Cardinalis Tridẽtin⁹, repoſcit eã a Guiſio, q̄ cõtra pacta pacis eã occupaſſet; ſed audit Albanũ antea ea pacta fregiſſe occupãdo Oſtiã.

Oſtia.

Hiſpani Roma egreſſi Oſtiam recuperant.

Guiſius cogitat Romã verſus cum exercitu, & quaſdã ciuitates occupat, & videns Papã nihil pecuniæ impendere, & frigidi⁹ agi, Hiſpanis prælium

Guiſius.
An. 1557.

defert, qui id detrectant, cum intelligerent Papanos paulatim viribus defecturos esse. Cogitante Guisio in Galliam, Papa promittit, se citra scitũ regis non facturum cum Hispanis pacem: & sic Guisii præsentia tutior est, exspectãs nimirum, quis euẽtus esset belli in Picardia. Cum intelligeret, Gallos ibi fusos esse, (nam quo fortuna, eo etiam Papæ inclinant,) mittit Carafam ad Albanum, & renuntians fœderi cum Gallo, & Ferrariense, pacem cum Hispano sancit. Sic elusus est Guisius & Gallus, cuius miles pannosus, & Papã diris deuouens, in Galliam reuertitur. Et sic euentus conceptæ spei non respondit.

Papa.

Miserat etiam Gallus Amiralium in Picardiam, cuius quædam loca obtinet. Fiunt ibi vtrinque magni exercitus. Ibi ex improuiso Hispani circundant, Quintinum ciuitatem, quæ nõ optime instructa erat a milite. Puluis tormentarius forte incẽsus magnum detrimentum attulit. Admiralius quosdam milites introduxit. Connestabilis ... consultata & viis vndiq; explo-

An. 1557. Hispani S. Quintinum obsident.

ploratis, cũ exercitu foro exit, & 10. Augusti versus Quintinum tendit, & ad Insulam aciem instruit. Dum obsessi Pedemontii castra globis turbãt, Connestabilis quosdam vrbi immittit, ex quib. Neuers & Conde ad suos redeunt de conflictu minus sollieiti. Interim Hispani Duces, qui recens Anglicano milite aucti erant, subito prælium committere satagunt, & Comes Aiguemõtius vnum latus, Brunsuicensis alterum, Mansfeldius mediam aciem Gallorũ, qui sese arctius coniunxerunt, inuadunt, & eos facile turbant, & dissipant. Connestabilis vulneratus, Monpensier, Longeuillens & multi alii cæsi. Ioan. Bourbon Anguiensis, & alii plurimi optimatum, euaserunt, Neuers, Conde, Sancere, & alii. Ex vulgo circiter 5. M. ceciderunt. Facta fuit hæc clades die Laurentii. Nota, Connestabilis minabatur, se, si victor ab Hispanis rediret, Geneuam excisurum.

Maxima clades Gallorum ad Quintinum.

1557.

Mina irrita.

Rex Parisiis pecuniã exigit, & vrbẽ & alia loca munit, ac alium exercitũ Lugduni colligit, & 14. M. Heluetiorum conducit.

Quintinum capitur.

Hispan⁹ miles Quintinũ tormẽtis verberat & inuadit, sed repellit, mox ad turrim parũ munitã irrumpẽs, obuia quæq; trucidat, ibi multi præfecti milites & primates occiduntur, Duces capti.

Fanaticus.

Quidã fanaticus homo regi nudo gladio obuius dicit, Siste, a Deo, vt te perimã, in mandatis accepi, qui tamẽ obrutus postea supplicio affectus est.

40. M. Parisiis An. 1557.

Lustrati Parisiis opificum & ciuiũ prope ad 40. M. bello aptorum.

Sæuitur in Euangelicos.

Gallus in Euãgelicos, qui mire creuerant, passim sæuit, quibus sinistri successus rerum Gallicarum imputantur.

Expugnatio viæ Iacobeæ Parisiis.

Tunc facta est expugnatio viæ Iacobeæ Parisiis. Ibi n. religiosi fideles circiter trecenti, noctu Ecclesiã habuerunt, & obsepti partim elapsi, partim incarcerati sunt, ex quib. aliquot, qui cõstantes perseuerabant igni dati sunt. Nota. Apologiæ fidelium Regi clam appositæ. Nota. Auctores expugnationis viæ Iacobeæ, misere pleriq; perierunt.

Vltio diuina.

Interim Hispanus tempus melius collocauit, occupato Han & Chatini-

Gallus de inuadendo Caleto cogitat, & duos exercitus instruit, Ducib. Guisio & Neuers. Neuers simulat se Lucemburgum petiturum, huc igitur pleriq; Hispani concurrunt. Neuers cōfestim militē suū Guisio mittit, qui simulat se cōmeatū Bologniæ importaturū esse. Sed e vestigio sese flectēs Caletū aduolat, & obsidet Calēdis Ianuarii, & intra octiduū omnia capit, anteq̃ Angli auxilio adesse posset, vehementer Philippum Hispanum criminantes.

Gallus ad Caletū properat & capit.

1557.

1558.

Angli Caletū ab an. 1347. hucusq; tenuerāt. Capit' & Guines & solo æquatur, & Comitat' Doye recuperatur, & sic dānum Quintini cōpensatum. Gallus a Statibus tres milliones auri ad continuationē belli obtinet.

Franciscus Delphinus ducit Mariā Stuardā Iacobi 5. Scotiæ regis filiam Parisiis, mēse Aprili. Cardinalis has nuptias confecit, q̄ illa ex sorore neptis esset, vt sic ipsius familię auctoritas cresceret. Gall' obsidet Theonis villā: Iunio Strosa petit' globo ibi occūbit. Vrbs se dedit, & omnib. parsum est. Arlon & alia loca infestantur.

Francis. Delphin.

Theonis villa.

An. 1558.

Hiſpanus paſſim in finibus Galliæ graſſatur.

Donkirch. Gallus Donkirchen obſidet, & intra quatriduum capit, miles ibi ingẽti præda potitus, poſtea Greuelingum obſidet. Comes Egmontanus Hiſpani generalis conuocat ex omnibus pꝛ-ſidiis ſuas copias, & Gallus appropinquat, & prælium detrectantes, tandẽ præliari cogit, & altera vice victos ingenti ſtrage affectos multis optimatibus captis vincit. *Galli victi.*

De pace agitur. Poſtea cum amborum regum oppoſiti magni exercitus prope Amiẽs conſiderent, & interdum velitarentur: ibi de pace agi cœptum eſt, & varia media de connubiis faciẽdis conſultata.

Conneſtabilis captus & redemtus ad Gallũ redit, gratiſſime acceptus.

Carolus 5. moritur. Sub eam pacis tractationem moritur Carolus 5. Imp. Et Eleonora ſoror Franciſci I. regis Gallię vidua.

1558. Regina Angliæ Poli interpretis auctoritate petebat Caletum a Gallo. Verum cũ Regina & Polus breui tunc morerentur, & Hiſpanus & Papa ab im-

Imperio Angliæ exclusi sunt.

Nota. Actum est, de inquisitione Hispanica, in Galliam introducenda. Verum Senatus Parisiensis obstitit, euidentibus rationibus adductis, ne licentia Monachorum contra regem sese efferret.

Inquisitio Hispanica.

Pax facta est inter reges, vt Philippus duceret Elisabetham Galli filiam & Philibertus Emanuel Sabaudus Galli sororem.

Pax. Matrimonia.

Assessores Parlamenti Parisiensis de religione dissentiunt. Rex instigatur, vt coram sentẽtias eorum audiat, ibi Annas Borgias, & quidam alii, sæuitiam in confessores improbant.

Annas Borgias.

Rex iubet eos capi, dicẽs, se adhuc oculis suis combustionẽ Annæ Borgiæ spectaturum.

Protestantes Principes in Germania scribũt Gallo, ne in suæ fidei confessores sæuiat, sed parũ beneuoli responsi accipiunt.

In nuptiis Philippi regis, cui mediante Albano filia Henrici copulata est, rex Galliæ Henricus 3. in hastiludio secus frontem in cranio figitur, & die 10. Iunii moritur.

An. 1559. Henric. rex moritur.

Borgias cre-matur.

Borgias nihilominus in Decembri propter piam cõfessionem exuritur, & sæuitia in religiosos magis magisq; exasperatur.

An. 1559. Francisc. 2. rex.

59. FRanciscus 2. filius Patri in regno succedit, regnauit sesquienniũ.

1560. Lusitia inter Guisios & Condæ-nos.

Guisii primas apud regẽ obtinẽt, contra quos, & eorum ambitionẽ & conatũ libelli famosi sparguntᵋ. Guisii igitur de his religiosos suspectos habẽtes, q; ab iis etiam regi insidiæ struantur, prætendunt: Itaq; regem Ambaxiam, vbi securus ageret, deducũt, & indicia quidem de aliqua conspiratione accipiunt, quæ talis erat. Nobiles quidã, quibus sese etiam religiosi fideles multi miscuerant, cũ persecutionis caussam in Guisios cõferrent, contra Guisios cõiurarũt, ita ne quid in regem regisq; consanguineos, regniq; statum designaretur, vt illorum dignitas, patriæ libertas a peregrinorum violẽtia defenderetᵋ. Horum antesignanᵘˢ fuit quidã Renaudius. Hos Turoni agẽtes, præfectus Sanserrensis, quid tentarent, explorat. Eosdem

postea Nemorosi⁹ interrogat, cui respondent, se regi minime rebellare, sed Guisiis, qui regis gratia abuterent, & plerosq; alios, aditu ad regẽ excluderent. Nemorosus se eis aditũ ad regẽ facile obtenturũ esse ꝓmittit. Cui quidã fidem habẽtes Ambaxiã concedunt. Sed ibi cõprehensi captiuantur. Altera die Renaudi turma eo tendit, sed circũuenti, aut suspẽsi, aut fluuio im̃ersi, aut capite plexi sunt, quorũ vnus Villemõgius ꝑfusas sociorum sanguine manus ad cœlũ tendens exclamat: Domine hic est tuorum seruorum sanguis, tu vindictam sumito.

Renaudius in quodã cõflictu, cũ hostem occidisset, ab eius famulo vicissim cæsus est, cuius cadauer suspensum est, cũ hoc titulo: Renaudius rebelliũ dux, seditionis auctor. Oliueri⁹ Cãcellarius, qui cõtra hos sententiã dixit, paulo post propterea in conscientia grauatus, mortẽ obiuit. Rex deinde veniales literas ꝓmulgat, & *ἀμνηστίαν* sancit, & vt cõsiliu de remediis turbarũ ꝓpediẽ habeãt ostẽdit. Ex qua re Cardinalis timidior fact⁹ fidelibus humanior euadit. Nota. Planchę de

Renaudius suspensus.

tumultuũ caussis & remediis sententiam, quam is Reginæ postulatus aperit.

Religio in Scotia.

Qui in Scotia religionẽ reformatam profitebantur, auxilio Anglorũ armis sese contra Gallos tutati sunt.

1560. Crudelitas.

In Calabria immanis contra religiosos crudelitas exercetur.

Confessio Gallicarum Ecclesiarũ.

Galli confessionem fidei suæ regi exhibent, quæ passim exstat.

In consilio illo Fontis Bellaquæi Amiralius fidelium supplicationem regi offert. Dicuntur sententiæ ab Episcopo Valentiniano & Viennensi. moderate & libere dicit sententiam & Amiralius, ostendens ad 50. M. hominum esse, qui ei supplici, quem exhibuisset, libello, si opus sit, subscripturi essent. Post Guisius Cardinalis sua in medium proponit. Nota: Sententiæ singulorum petantur ex historia. Conuentus illius hæc fuit summa regis mandatu perscripta, vti generales regni ordinum conuentus habeantur, & ni posset concilium generale cogi, nationale propediem conuocetur. Mirabilis sane moderatio, si ad supe-

Amiralius.

Conuentus Bellaquæi.

Edictum.

ſuperiorem peruicaciam conferatur.

Sub Franciſco 2. Euangelici per Galliam cœpti ſunt vocari Hugenoti, vel ab Hugone, ad cuius portam Aurelii primum religionem ſuam exercuerunt: vel ab Hugone Capeto, cuius ſtirpis ſunt Bourbonii Euangelii ꝓfeſſores: vel a Laruis Hugenoti monachi, noctu apud Aurelios vagantibus. Sicut & Euangelici iſti, noctu ſua ſacra celebrarunt.

Hugenotorum appellatio.

1560.

Vindamus, quod aliquid ad Condæum perſcripſiſſet, incarceratur, & poſtea moritur.

Vindamus.

Editur edictum cõtra religionem reformatam.

Accerſunt rex Nauarræus & Condæus. Condæus captiuat, (vt & Royię domina, ſocrus Condęi) quaſi in perniciem regis conſpiraſſet. Dum cædes vndiq; apparantur, rex Franciſcus in auricularem morbum incidit, quo paulo poſt moritur 5. Decembris, cui tenuiter parentatum eſt.

Condæus.

Franciſcus rex moritur.

Coneſtabilis a regina accerſitus, cum Memorantio Mareſcalko filio aduenit.

Condæus liberatur.

Iudicii diuini exempla.

Exstiterunt nimirum intra paucos dies, diuini iudicij, aduersus nonnullos Principes hostes Euangelii, insignia atq; luculenta testimonia, quæ omnes vno ore tum agnoscebant atq; profitebantur. Qua de re perhibitum huiusmodi Carmen.

Consiliis Christum oppugnans & fraudibus ingens,
Rerum ille terror Carolus,
Ipsis ridiculus pueris, furiosus & excors,
Totus repente corruit.
Tuq; Hērice malis dum consultorib. vrens
Sitis piorum sanguinem.
Ipse tuo, væcors, inopina cæde peremtus
Terram imbuisti sanguine.
Henrici deinceps sectans vestigia patris,
Franciscus infelix puer
Clamantem Christum surda dum negligit aure,
Aure putrefacta corruit.
Versuti, fatui, surdi hæc spectacula, Reges,
Vos sapere, vel mori iubent.

6. Ca-

60. CArolus 9. frater coronatur ætat: 11. annorũ regnauit 13. an.

1560. *Carolus 9. rex.*

Ordinum viri Nauarræum, vtpote regis patruum, per omnem Galliam legatũ, quod religioni faueret, regis administratorem petunt, & vt regii sanguinis principes, cũ Connestabili, Amiralio, Andelotio, regi suis consiliis adessẽt. Cõtra, Cardinales Ecclesiastica munera curarent. Porro Guisius, Nemorosius, sant Andræus, Brisacus & Cardinalis Turonius reginæ adsistebant. Sic Nauarræus, qui fidelibus fauebat, regis vicarius, & Mater gubernatrix constituti. Sic tamen vt conniuente Nauarræo penes reginã summa administrationis esset auctoritas, reclamante licet lege Salica.

Nauarræus.

Regina mater gubernatrix.

Conuentus statuum ad 13. Decembris. Notentur sapientes orationes, quæ ibi habitæ sunt.

Discessum, vt se ad concilium pararent, & ne fidelibus iniuria inferretur, prohibitum.

1560. Concilium. Paul. Vergerius.

Papa audita regis de cogendo Cõcilio voluntate, vrget concilium Tridenti indictum. De eo Paulus Vergerius Italus peculiarem libellum edidit.

Persecutiones.

Etsi religio reformata in Galliis vigere cœpit, tamen graues persecutiones ortæ sunt, vt in Oscitania (Gallia Narbonensi) apud Delphinates (Allobroges olim) & passim alibi.

Nota: quid in cõuentu Naumburgensi sit actum.

1561. Condæus absoluitur.

Condæus ad Regem accersitur, & innocens agnoscitur & declaratur.

Ne nomina factionum.

Promulgatur edictũ regis, ne Hugonoti vel Papistæ vocabula vsurpentur, ne securitas, honestaque libertas violetur, captiui religionis caussa liberentur, extorres religionis ergo postliminio redire permittantur. Sic religio incrementum accepit.

1561. Lutherani & Calui. nistæ in quibus conueniant.

Nauarræus conuiuio excepit Legatum regis Daniæ, eique dixit: Dic regi tuo Domino meo, me effecturũ, vt post annum Euangelium in tota Gallia publice doceatur. Respondit legatus: daret igitur operã, vt Lutheri

non

non Caluini ſententia introducatur, vt pote quæ in Dania, Suecia & aliis regionibus, regnis Papæ non minoribus vigeat. Huic viciſſim Nauarræus: In quadraginta, ait, capitibus a Papa communiter diſſentimus, in vno ſaltem Luthero & Caluino non conuenit. Pugnemus igitur contra Papiſtas communi Marte in iis, in quib. conſentimus, deinde operam demus, vt inter nos quoq; ſuper vno hoc articulo conſenſum quæramus.

Condæus etiam a Parlamento innocens iudicatus. Nam ſigna quædã regi Nauarræo miniſtro indicia præbente, reus læſæ Maieſtatis ferebatur, qui tamen eum excuſat.

Edictum in Iulio. Comitia de religione. Conditum edictum menſe Iulio, vt vtrinq; pacifice viuatur, ne vllæ conciones Euangelicæ habeantur.

Religio in Sabaudia. Tunc temporis bellum religionis cauſſa geſtum eſt inter Sabaudiæ Ducem & Conuallenſes. Vide hiſtoriã. *1561.* Sed demum conceſſa Euangelii libertas.

Supplicia in Belgio. Apud Belgas eduntur ſupplicia in

Euangelicos, qui suam confessionem Regi Hispanorum offerunt.

Reconciliant' Cōdæus & Guisius.

Cardinalis Ferrariēsis Pōtificis legatus quomodo in Gallia exceptus?

Regina literas ad Papā.

Regina visa fidelibus fauere, ꝓlixas ad Pontificem literas scribit, vt remedium afferret, quas lectu dignas vide in ipsa historia.

Colloquium Possiaci de Religione memoria dignum.

Colloquium de religione Possiaci, inter Euāgelicos & Catholicos institutum, cui ex Catholicis ꝑfuere Cardinales Franciscus Tōmonius, & Carolus Lotharingius. Ex Euangelicis v. Theodor⁹ Beza, P. Martyr. Tētata quidem conciliatio in doctrina, sed fieri nulla potuit, quod neq; Pontificii de Ecclesiæ Romanæ decretis, neq; Euangelici de Reformatæ suæ Ecclesiæ dogmatibus cōcedere vellēt. Postulabāt Pontificii a Reformatis, vt Augustanæ Cōfessioni subscriberēt, sed fraude & dolo id faciebāt, vt si subscribere recusarēt, ab Ecclesiis Protestātium seiungerentur. Reformati vero quanquā in toto colloquio non nisi honorifice sentiebāt, & loquebantur

de

de Augustana Confessione, iudicari tamen ex ea de omnib. controuersis Articulis nõ posse dicebãt. Hoc vero nomine Pontificiis præferebantur a plerisque, q, absq, tergiuersatione regio mandato paruissent, nec vlla re, ꝓpositas in colloquio conditiones violassent, nec congredi cum aduersariis renuissent. Vide historiam.

Nauarræus sollicitatur.

Nauarræus sollicitatur (promissa a Põtifice restitutione regni Nauarræ) ad defectionem ab Euangelicis.

Incrementũ religionis.

Interim exercitium religionis augebatur passim, etiam cõtra edictum illud Iulii.

Lege descriptionẽ seditionis propter Euãgeliũ sand Medardi Parisiis.

1562. Edictum Ianuarii

Conuentu habito conditur Edictũ, q, Ianuarii vocatur. In quo conciones haberi permittuntur, sed extra vrbes, & sine armis: Vide historiã: Hoc edicto Ecclesiarũ libertati & paci vtcũq; cõsulebatur. Quia v. edictum hoc Papisticæ religioni detrimentũ afferre, si procederet, videbatur: ideo Papistæ omnib. modis sibi id impedimẽdũ esse putarũt. Ad quos conatus sese duces ꝓbebant Guisii, Cõnestabilis,

Memorantius & Mareſchallus Sant Andręus, qui ideo ſeſe vna coniunxerant, quod, (vt ordinum conuentus manifeſte declararant) ſeſe reddẽdis immenſarum largitionum rationib. obnoxios viderent. Quæ coitio Triumuiratus denuncupabatur. Apertã autem vim edicto afferre tunc nõ audebant, quod fidelium numerus paſſim eſſet immenſus, & quod Nauarręus fidelibus faueret, & ne, ſi q̇d molirentur, pro reis læſæ maieſtatis regię haberi poſſent: Itaq; operam dabãt, vt regem puerum penes ſe haberent, atq; ita pro arbitrio regis nomine edicta moderarentur, & ſeditionis crimen in alios deriuarẽt: ſimul autem, vt Nauarræum a reformata religione abducere, & ſibi eum adiungere poſſent. Ac Nauarræum quidẽ regis Hiſpaniarum, Pontificis aliorumque opera & pollicitationibus tandem ab Euangelicis abalienant. Cetera quique ſtrenue adgrediuntur, auxilia & præſidia ſua ſibi comparantes. Guiſii ad Principes Germanos, vt eos ſibi adiungant, ſcribunt, quin & ad Tabernas

Triumuiratus Galliæ

1562.

Nauarræus a religione alienior.

bernas Alſatias ſe conferunt, ibi çum Duce Wirtebergenſe colloquuntur. Cardinalis etiam ſe amplecti Confeſſionem Auguſtanam ſimulat. Poſt iſti ad regem feſtinant, vt coniunctis cũ Conneſtabili & ſant Andræo viribus, rem quam primum adgrederentur, atq; dum itineri ſeſe dediſſent, ſuę expeditionis initia Vaſſiaci (quod eſt oppidum ad Campaniæ fines) inermem religioſorum cœtum, ad Dei verbum, preceſque congregatum, dum concio haberetur, de inſperato çum valida armatorum manu, nulla nec ſexus nec ætatis habita ratione crudeliſſime obtruncant. Tanti facinoris fama Eccleſias perturbauit, dumq; plurimæ hac de re querelæ ad regem deferuntur, Guiſii iſtis initiis effracto ad conatus perficiendos pudore, quod conſilii inierant, gnauiter capeſſunt. Cumq; iiſdem illis hominibus, quos Vaſſiacenæ ſtragis habuerãt adminiſtros, Lutetiam regni metropolim veniunt, vbi ſuorum conſiliorum domicilium conſtituerant: tũ vniuerſo prope Senatus collegio ſibi

Cardinalis ſimulat.

Vaſſiaca concionis internecio.

addicto, suorumque administrorum opera maxima populi parte sibi conciliata. Itaque Lutetiã magnifice ingressi & a populo salutati vrbem armis complent. Aderat tum Princeps Condæus, magno quidem fidelium numero circumstipatus. Sed quoniã si obstitisset, præsens erat seditionis periculum, reginæ literis rogatus vltro cedit.

Guisius Lutetiam ingreditur.

Guisii vrbe occupata regẽ reginãq; matrem capiunt, multũ & frustra obtestante regina cõtra ius id fieri, rege etiam ipso tum adolescente vim sibi fieri lacrymis testante. Et fontebellaqueo Melunum ad arcem primum regiam, (quæ non regibus excipiendis, sed sontibus custodiendis, iã pridem accommodata erat) festinanter & tumultuarie adducunt, atque inde Lutetiam. Post regni administrationem de Nauarræi indulgentia, qui iã relicto Euangelio totum se illis dediderat, assumunt.

Guisii Regem quasi in potestatẽ redigunt.

Alia ex parte Princeps Cõdæus Aurelias proficiscitur, vt quid facto opus esset deliberaret. Ad illum optimatum

Condæus Aurelias vbi sit cõ-

tum nobiliumque hominum numerus maximus confluunt, pręcipuique Amiralius, Castilioneus, Andelotius Princeps Porcianus, Comes Rupefoldius, & equites ordinis aliquot, magna insuper fidelium multitudo, illi re deliberata fœdus faciunt ad regem de Guisiorum manibus eripiendum, edictumque regium, cõtra manifestas violationes sartum tectumq; tuendum, ad Condæum, vt regis cõsanguineum principem, & regni (in hac minori regis ætate) administratorem. Nauarræo officium non faciẽte legitimum ad hanc rem ducem vnanimiter declarant.

cursus nobilium.

Fœdus.

Condæus apud regem, reginam matrem, regemque Nauarræum fratrem, de triumuiratus vi conqueritur.

Condæus de vi triumuirorum conqueritur.

Regina mater triumuiratus illius factionem ægre ferens, testatur se inuitam ab illis detineri, oratq; Condæum, vt regi liberisque suis captiuis, sibique captiuæ subueniat.

Regina Condæum implorat.

Ita bellum vtrinque apparatur.

1562. I. Bellum ciuile. Condæus consilium suum publico scripto exponit, eoq; testatur, sibi Edicti Ianuarii auctoritatẽ, in hac minore regis ætate, defendendam suscipi. *Vrbes a religiosis captæ.* Tum bellum oritur. Multæ vrbes & nobilissimæ quidem in omnibus prope regni Prouinciis, a fidelibus capiuntur: Aureliæ, Lugdunum, Valẽtia, Gratianopolis, Rhotomagũ, Bituriges, Auaricum, Turonum, Pictauium, Monspessulum, Nemausum, & aliæ complurimæ.

Nauarræus ad Rotomagum ictus perit. Ita æstate capiendis & recuperandis vrbibus occupata, adque Rhotomagi expugnationẽ, læthali ictu vulnerato Nauarræo, & Lutetiæ deinde mortuo, frustraque oppugnata a fidelibus Lutetia, pugna tandem fit die 19 Decembris a duobus ciuilibus exercitibus ad Druidarum agrum, in Normannia prouincia, in ea pugna æquali prope Marte dimicatum. *Pugna ad Druidas.* Princeps Condæus captus a Guisiis. Connestabilis a Fidelibus. Sand Andræus occisus.

1563. Franciscus Guisius in Dux Franciscus Guisius instauratis copiis, dum fidelium exercitus ad Nor-

Normanniam esset, Aurelias, quam Audelotus tuebatur 5. Februarii obsidet & oppugnat, atq; tum a Poltrotio Meræo milite per insidias occiditur. Poltrotus diu in fuga oberrans, ad eadem castra redit, vbi captus, & post quatuor equis discerptus est.

obsidione Aurelian. a Poltroto ictus perit.

Deinceps reginæ Condæique mãdato induciæ vtrinque imperatæ, & de pàce tractari cœptum.

Nouum Edictum conditur ad 19. diem Martii, quod ideo Edictũ Martium vocatur. Eo autem multum de Ianuarii recisum : Sed aliqua tamen Ecclesiæ libertas tribuebatur. Vide historiam.

Edictum Martii celebre.

Tolerabilis per regni Prouincias Ecclesiarum vniuersim distributarũ postea fuit status, & Aureliis quidem Schola pro reformatis Ecclesiis instituta, Odeto Cardinali pecuniam suppeditante: Lugduni docuit Petrus Viretus, & copiosa ibi Ecclesia. Oscitanicæ Ecclesiæ sub præfecto Aumalio homine impuro & atheo pessime habebant.

Schola Aureliis.

Pet. Viretus.

Aumalius.

Põtificii cum aperta vi agere non

possent, dolo Euangelicis nocere student. Guisius Cardinalis ad Cōcilium Tridentinũ proficiscitur. Interim Amiralium curat accusari, quod auctor fuisset cædis Guisii fratris.

Amiralius.

Amiralius scriptis editis publice se purgat.

Concilium Tridenti.

Cōcilium Tridentinum instinctu etiam Cardinalis Lotharingi magnopere laborat, vt reformata religio in Galliis exterminetur, ne maximi, qui e Gallia ad Papam peruenerũt antea, reditus adimerẽtur. Huius rei gratia de fœdere inter regem Hispaniæ & Galliæ ineundo cogitatum, quod Patres Concilii sacrum vocarunt. In eo fuisse dicti Pontifex, Italici potentates, Venetiani.

Fœdus sacrũ

Interim reformati magis magisq; grauari, & repte violente edicti interpretationes, vnde factum, vt quædam Ecclesiæ suis ministris priuarentur.

Violentæ edicti interpretationes.

Sic Petrus Viretus Lugduno est remotus.

Conant᷑ Cōdæi animum a fidelib. abalienare multis illecebris tentatũ; neque id omnino frustra; sed tamen

Condæus sollicitatur.

horiæ

hortatu vxoris moribundæ in viam reducitur.

Anuillius Pomiesenos grauiter plectit, ministro eorum in crucem acto.

1564. Rex lustrat regnum.

Rex lustraturus per obequitationẽ vt vocant, suum regnum, iubet prius mœnibus nudari eas vrbes, quæ belli tempore a fidelibus tenebantur.

Interim variæ fideliũ diuersis locis & tẽporibus editæ a Põtificiis cædes, de quibus tamen Regi nulla cura.

Nouæ Pontificiorum cõtra Euangelicos nectuntur confraternitates.

Curæus Vendomię præfectus occiditur.

Rex Amiralium absoluit.

Rex Amiralium a suspicione interfecti Fr. Guisii absoluit.

Nota. Guisius filius Amiralio necem patris Fr. Guisii imputabat, ideo effecit vt Amirali. anno 1572 sit interemtus, quem interfectum ipse Guisius inspexit.

Ne conciones.

Rex obequitans Molinum venit, inde Lugdunum, vbi edictum cusum, vt qua Rex transiret, nullæ conciones reformatorum haberentur.

Rosilloni noua edicti declaratio conficitur, religiosis maxime infesta.

Turoni editur ſtrages fidelium in concione. De hac & aliis iniuriis publico ſcripto conqueritur Condæus, ſed omnia impune. Vide hiſtoriam.

Nemauſii magnæ plebis auditæ querelæ, verum ab officiariis regiis eluſæ.

1565. Baiona fœdus cum Hiſpan.

Rex Aquitaniam luſtrat & Baionam, menſe Iulio, abit, eo venit ſoror Eliſabetha Philippi Regis Hiſpaniæ vxor: ibi firmatur ſacrũ illud, de quo ſupra, fœdus de reformata religione exſtirpanda: Id etſi clam fiebat, tamẽ poſt reſcitum eſt.

Sub finem anni Rex e luſtratione in Franciam rediit.

1566. Certamina in Belgio.

Hoc anno cœperunt certamina ob religionem in Belgio. Summam eius hiſtoriæ vide alibi.

Molitiones variæ, quo ſacrum fœdus effecta ſua cõſequatur. Grauia de expediendis militaribus copiis conſilia inſtituuntur: Heluetiorum auxilia rogantur, eo prætextu, ne Albanus cum Hiſpanis aduentantibus noui quid moliretur.

Iudicia extraordinaria.

Inſtituta ſuprema iudicia extraordina-

dinarie Pictauii, vt in iis de religione tantum ageret. Celebre etat Albani dictum: Vnicum Salmonis caput plus valere, quam mille ranarum capita, quo haud dubio de primoribus delēdis consilium dabatur. De Condæo igitur, Amiralio, Andelotio, Rupefolcio, aliisque primariis viris intercipiendis consilium maxime initur.

Albani dictum.

Ratio videbatur presentissima, vt a Rege accerserentur, tanquam consulendi de iis rebus, quæ ad regnum cōstituendum facerent, vt si venire abnuerent, Rex caussam contra eos haberet, vel si adessent comprehendere eos eo milite posset, qui iam in promptu fuit.

Condæus vt rursus contra Guisium esset, adiunctis aliquot nobilibus armatis, Regem adire statuit, & supplicē libellum exhibere. Rex fraudem subesse suspicatus, Lutetiā se recipit, ad quem Condæus per literas se excusat, & petitionem pro pace fidelium repetit.

Condæus ad Regem.

Et sic secundum bellum religionis ergo est motum.

II. Bellum ciuile.

Religiosi Lugduni per incuriam direpti pulsi.

In Delphinatu & Oscitania aliquot vrbes & Rupellam tenebant.

Postquam Pontificii Paradisum, (sic fideliũ tẽplum Lugduni vocabatur) euertissent, fideles contra Pontificia templa passim destruxerunt.

Pugna ad Lutetiam. Connestabilis vulneratus.

Condæus cum exercitu versus Lutetiam tendit. Et quanquã equite & milite Põtificiis multo esset inferior, tamẽ pugnã cõmisit, in qua Connestabilis vulneratus, & deinde mortuus est, ætatis 80. annorum.

Ioh. Casimirus cum exercitu in Galliam.

Exin Condęus versus Lotharingiã concedit obuiam Casimiro, filio Friderici Electoris Palatini, qui cũ exercitu ex Germania erat venturus.

Nota. Rex Electori significabat, Condęũ nõ religionis, sed regni caussa bellum mouisse. Elector igitur mittit Zulegerum, rẽ exploraturus, & dũ intelligit, regem exercitiũ religionis impediuisse, sinit exercitum in auxilium Condæi procedere.

Regina vt astu Cõdæi rebus obuiare, & eum distinere posset, quasi optaret

ret, talem pacis, quam condere velit, formulam ad ipſum mittit.

Rex dat facultatem Condæo & omnibus religionẽ, q̃ reformatam vocant, pſitentibus libere & pure vtẽdi Edicti beneficio, omnib. ſublatis interpretationibus & exceptionibus, q̃ ad illud Edictũ a mẽſe Martio ad hũc vſq; diẽ acceſſerunt; ſic vt continuo arma deponat, vrbes reddat, & auxiliariis copiis nuntium remittat.

Promiſſa de pace.

Códæus hoc ſcripto accepto, mittit Caſtillionæum & alios ad Regem de pace tranſigenda, apud quẽ tamen tergiuerſantem nihil actum eſt.

Tandem vltra Moſam Condæus Ioannẽ Caſimirũ cũ gaudio excepit, menſe Februario, anxie Gallis prope ſingulis aliquid in commune conferentibus curatum, vt exercitui aliqua ſolutio ſit expedita.

Condæi & Ioh. Caſimi. congreſſi.

Andius Regis frater cum exercitu Condæanos impediturus erat. Itaq; Condæus per Burgundiã & Aglanam vallem cõmeare exercitũ fecit, vbi cũ Schonbergius Italos fudiſſet Iranciũ ciuitatẽ expugnat, vbi pter modũ religionis ſæuitum.

Sanitas a religioſis.

In Occitania variè a Vicecomitibus belligeratum. Bleſis dedita. Cornutum quod eſt Chartres a iſto obſeſſũ. Reginã, vt eius vrbis occupationem, quæ in propinquo erat, impediret, & vt auxiliares copiæ Condæi amandarentur, de pace mentionẽ apud Condæum iniecit, quam is accepit, menſis Martii.

Condæus pacem accipit.

Quæ decipula eſtimata.

Nimis facilem ſe in recipienda illa pace Conduçm præbuiſſe, & tranſactionem illam, tãtum decipulam religioſorum fuiſſe iudicatum eſt. Nam nec publicatum vbiq; illud edictum eſt, neque promiſſa ſeruata, & graues & innumeræ iniuriæ ſecutæ ſunt, quibus religioſi afficiebantur.

1568. Pax pernicioſiſsima.

Tunc enim intra plus minus trium menſium ſpatium certo dicuntur, rationibus ſubductis, religioſorũ plusquam decem millia interfecta, quum ſuperius bellum intra ſex menſium ſpatium vix quingentos homines intercepiſſet. Hæc erant præclara pacis fide Pontificia oblatæ effecta.

Fides Pontificia.

Cum.

Condæus recipit se Nicetum, vbi ei insidiæ struuntur.

Literæ regis seuere imperant Condæo solutionē grandis pecuniæ, quibus Condæus respondet.

Condæus obæratus.

Rex nobilitati iurisiurandi formulam præscribit.

Iurisiurandi formula.

Variæ literæ interceptæ, ex quibus machinationes Lotharingi & aliorū Pontificiorum intelliguntur.

Condæus supplicem libellum ad Regem mittit, in quibus caussæ belli Tertii exponuntur. Vide historiam.

III. bellum ciuile.

Amiralius & Condæus coguntur cum liberis suis Nuceto discedere propter insidias ipsis ibi structas, & Rupellas se conferunt, quo innumeri Euangelici confluunt, bello se parantes. Seruantur etiam quædam vrbes pro Euangelicis.

1568. Amiralij & Condæi fuga.

Condæus belli caussas publicat, & leges pro militari disciplina condit. Vide historiam.

Regina Nauarræ cum filio se partibus Euangelicorum addicit, scriptis literis ad Regem, Reginā & Andium

Regina Nauarræ Euangelicis se adiungit.

& fratrem Cardinalem Borbonium.

[illegible]

Rex vſum religionis reformatæ edicto publicato penitus interdicit.

Velitationes inter Mompenſeriū & Monuentium. In Andii exercitu clades. Briſaci clades.

Aumalius prope Byponthium.

Aumalius cum exercitu in Lotharingia, vt Germana auxilia exciperet: Interim is, quod Dux Wolffgangus Palatinus Bipontinus Condæo auxilia pararet, in viciniam Biponti cunctatus, magnum incolis metum, tertia vice incuſſit.

Dux VVolfgangus expeditionem in Galliam parat.

Dux enim Wolffgangus Condæo auxilia parauit: ideo Aumalius ſic obſerrans, etſi ditioni Bipontini nullum detrimentum intulit; tamē interim proditores emiſit, qui igne ſuppoſito Bipontum perderent, q̃tamē Dei benignitate impeditum atq; auerſum eſt, proditoribus deprehenſis, & ſupplicio affectis.

Regii Rhenum tranſeunt.

Sub finem Decembris Rhenū trāſierunt, q Regi merebāt milites, Ducibus Philiberto Marchione, Derſio Heſſo, Weſterburgio, Leningenſi, Rheingrafio. Iniquiſſima hyems perſæuiebat.

In

In Occitana Andius copiis auctus Mirabellũ propter vicinitatẽ Pictauii oportunam ciuitatem & arcẽ capit, ad Lodunum q; Acierus tenebat, accedit: adcurrit & Condæus, fiunt velitationes ad triduum, inde vtrinque in hyberna discessum.

Andius Mirabellum.

Pillæus in Vasconiã a Cõdæo mittit. Cõductus ibi miles. Vendunt Ecclesiasticę facultates, imposita tributa ad conflandam pecuniã. Sanserra ad Ligerim a Pontificiis frustra obsidetur.

Pillæus in Vasconia.

Tributa.

Aumalius ad Tabernas Alsaticas operitur turmas Bipontini, vt eas cęderet aut impediret, verũ a Gallico milite illac confluente submotus, & pulsus est. Apud Ducẽ VVolffgangũ in Tabernis montanis moritur Genlius copiarum illarũ Gallicarum præcipuus ductor, succedit Moyus.

Genlius obit Tabernis.

Andius cui Germanę copię ad 2. M. & amplius accesserãt, versus Engolmianũ agrũ contẽdit, impediturus coniunctionẽ Cõdæanorũ & Bipontinorũ exercituũ. Eo ẽt ducit Condæus & Amiralius, qui arcẽ Larnacũ ad Carentã fluuium recipit, circa 4. Martii.

Andius.

Condæus.

Andius superato fluuio Caruntz ad Condæi conspectum promouet. Erant Condæi copiæ diuersis locis disiunctæ.

Admiralius. Admiralius tamen Nocus & Andelotius varie Andios sustinet & distinet, donec Condæus, sed cum paucis, subuenit. Sed ecce maximus confertissimusque equitum Germanorum cuneus in latus incurrens, ipsius equitatum perturbat disiicitque.

Condæus capitur. In hoc Germanorum conflictu, Condæus equo occiso in terram fusus, dum vlterius progrediuntur hostes, ab Saniano nobili homine primum, tum ab Argenteo, nobili etiam viro agnoscitur, eque oq; extricatus ab illis recipitur, fidem ei capitum suorum periculo pollicitis, fore, vt ipsum incolumem conseruarent. At peruagata per hostium ordines exemplo fama, captum esse Condæum, cum eo plurimi adcurrerent, Montesquius quidam Andii excubitorum præfectus aduolat, dumque Condæus Sanianum Argenteumque alloqueretur, a tergo adortus Cōdæi caput globulo

a Montesquiou interfectus.

bulo traiicit. Ita Condæus continuo moritur, retũ qui aderant vehementer indignantibus, iisq; maxime, qui fidem suam ei interposuerant. Hic fuit exitus Condæi, viri post omnem memoriam inter Gallos hostium etiam testimonio laudati.

In pugna ea, quæ facta est 13. Martii fidelium cęsi sunt ad ducẽtos, capti ad quadraginta, & illustriores quidã, Nocus & alii. Pontificiorum etiam aliquot alicuius æstimationis homines.

Nauarræus. Princeps.

Amiralius cladis reliquias recollegit Saniangulum oppidum, vbi etãt Nauarræus & Cõdæi demortui filius, quorum ex eo tẽpore appellatio cœpit obtinere.

Nauarræa.

Nauarræa mortem Condæi præclara & mascula oratione cohonestat & Rupellas concedit.

1570. Andius Mulidanum.

Andius Engelosinium frustra captans Mulidanum vrbem oppugnat, amissis tamen 600. militibus, cũ Brisaco & Pumpadunio, & tandem deditione capit fide deditis non seruata.

Princeps Nauarræ declaratur Dux exercitus.

VVolffgangus Dux Bipont. caussas expeditionis suæ edit.

Princeps VVolffgangus Bipontin' scripto ad Regẽ misso, suæ expeditionis caussas commemorat, q; videlicet rogatus auxilio veniat iis, qui cõtra edicta regis a regiis, in exercenda vera Christi religione, nõ solũ impediant, sed etiã crudeliter habeantur, cũ pollicitatione, si rex iis libertatẽ cõcedat religionis, se extemplo discessurum. Vide historiam.

Regiis Italici equites præsto aduentarunt.

VVolffgangus perrumpit.

VVolffgangus Charitaeam capit.

VVolffgãgus Dux, licet Aumalius & Nemorosius eum toto itinere ad latus vellicarẽt, ad Charithæã Burgũdiæ vrbẽ, ad Ligerim opportunã sibi fluuio trãsmittẽdo puenit. Et puento Aumalio vi inuasit, & cœpit 18. Maii.

VVolffgangus Dux moritur.

Principes in occursum Bipontini se conuerterunt. Interim VVolffgangus Dux Bipont. grauissima febri correptus pie in Christo morit' 11. Iunii. Cuius corpus Eugolimum allatum, & ibi honorifice aromatib. cõditum, & postliminio per mare in Germaniã

&

& in patriam translatum eſt, & Maiſenhemiæ ſepultum. Tempus obitus ſic notatur.

FIDeM PIetatIs en VVoLfgangVs aſſerIt.

Annus mortis VVolfgangi.

Poſtridie cum bini exercitus conueniſſent ſummo toti⁹ exercitus dolore, Dux anteq̃ moreretur, conuocatis omnibus Tribunis, multa præclare teſtatus, cauſſæ illi⁹ defenſionẽ, cuius gratia in Gallias veniſſet, maximopere commendat, & ſuorum omnium Ducem dicit VVoltadum Mansfeldium Comitem.

VVolfgangi ſupprema oratio.

VVoltadus Mãsfeldius Dux exercitus loco VVolfgãgi.

In Germanorũ exercitu erant eq̃tum 28. vexillationes, q̃ circiter 8. M. armatorum efficiebant. Peditũ erant 22. ſignis ad 6. M. Ducib. Grautlio & Gerolzekio. Accedebãt Gallorum equitũ ad 2. M. & 10. peditũ ſigna, tormentorũ maiorũ minorũve ad 19. In Principũ Gallico exercitu erãt ad 14. M. inſtructorum tormentariorum & contatorũ: præterea plures. Equitũ ad 4. M. maiorum tormentorũ 4. Minorum 2. Itaq; aucti videbantur vtrinq; duo ciuiles exercitus, vt dirius vehementiuſq; ſeſe mutuo poſtea conſicerent.

Numerus exercituum

Principes Strosianos Italos ad 600 cedunt Strossio capto circa 15. Iunii.

Lusignan.

Capiuntur hinc inde oppida, arces. Principes occupant arcem Luzignã (etiam ab Anglis olim nunquam occupatam.)

Charitas.

Sansacus Andii mandato Charitatem obsedit, in cuius castris pulueris tormentarius forte incensus, miserabilem stragem edidit.

Libellus de pace.

Nauarra & Principes opportunũ putantes, libellum amplum de pace scribunt, quem tamen rex accipere noluit, nisi Amiralius suam obedientiam totam testaretur.

Tunc circa Bearnum Nauarræ ditionis quædam gesta sunt.

Pictauium urbs obsidetur.

Principes occupato tractu circa Pictauium, vrbem Pictauium obsident, 22. Iulii, vt ea capta regem ad meliores pacis conditiones perducere possent.

Bonum hoc erat Amiralii consilium, sed Dei arbitratu irritum factũ, ne Ecclesiæ salus hominum industriæ tribuatur.

Post-

Post multos vtrinque intentatos labores Andius Castelleraldum obsidet, ad cuius defensionem cum Principes concederent, vtrorumque illorum ciuitatum solutio facta est.

Andius Castelleraldū obsidet.

Aurillacum in Auernia Rupeus & Besonerius religiosi capiunt. Cum enim porta quadam perforata puluerem torrĕtarium subiecissent, eumque incĕdissent, aditus patefactus est, per quem irruperont.

Rupeus & Besonerius in Auernia.

Famulus Amiralium necare volĕs supplicio afficitur.

Amiralium famulus vult occidere.

Amiralius a Parlamento Parisiĕsi proscribitur.

Duo ciuiles exercitus sese mutuo persequuntur.

Andius ad Chionem maiores copias præstolatur. Deinde Principes cum exercitu Parteneum cōtendūt, Andius cominus sequitur. Et cum Principes exercitum riuulum quendam transmisissent, superesset autem adhuc Moyus: Andius eum adgressus est, cui Amiralius subuenit, & sic acres velitationes eo die factæ sunt, & religiosi Mongoturum venerĕt, post

Andius Principes sequitur.

Niortum petituri. Sed cum tertio Octobris in proximo esset Andius, etsi exercitu pleno destituebantur, tñ pugnæ se parant, & Amiralius Colliculũ occupat. Andi⁹ viã q̃ Niortum ducit, petere videbatᷣ. Suspicatus Amirali⁹ Andii cõsilium esse, se anteuenire, & viã obstruere velle, confestim iubet exercitum e colle illo descendere, vt planitiem occuparet.

Niortum.

Andius distributis cuneis collẽ illũ eundem occupat, & se ad pugnam accingit, ita suos disponens, vt colliculi flexu ab tormentorum ictibus tuti essent, & sic tormenta cũ magno Principum incommodo displodit.

Parasceue ad pugnam.

Amiralius Nauarreum & Condeũ ex acie dimittit. Andii Germani & Itali equites in Meyi & Loei cuneos ita irrumpunt, vt equites Principum in fugam conuersi, perturbati per Germanorũ peditũ ordines peruaserint. Succurrit tñ Amiralius, inq. equites Andii Germanos ea vi irruit, vt permulti tũc fuerint desiderati, & prima acies Andii labare paulatim incepit, vt quidem e vestigio a Principũ milite victoria cõclamaretur. Se-

Pugna memorabilis inter Andiũ & Amiralium 2. Oct.

Secunda demum Andii acies alterã Principum aciem impetẽs disturbat, & sic Principum peditatus equitum auxilio denudatur.

Gallicus Principũ peditatus, equites Andii quidẽ sustinuerũt, hastatos vero ferre non potuerunt. Germanicus cuneus omnib. desperatis, vitam sibi donari petiuit: sed plurimi sunt occisi.

Religiosi cæsi.

Ita a fidelib. fuga facta. Germano interea equite ductorum peritia cõferto, ordinatoq;, agmine ita cedente, vt hostis etiam victor nõ ausus sit illum adoriri.

Ex Gallorum peditatu ad M C G. cæsi, Germanorum peditum ad 3. M. capta tormenta, 2. Equitum Andii non levis iactura esse dicebatur. Desiderati VVilibertus Badensis, Rhingrafius, Claremantius. Vulneratus Dux Guisius & Mansfeldius.

Religiosi autem ab Andii magno numero equitum & peditum superabantur. Reliquiæ Principum Niortũ ad signa redeunt. Regina & Principes Rupellas petunt.

Moyus.

Moyus Niorti in pſidio relinquitur, sed a famulo perfide vulneratus mo-

ritur. Sic Andius Niortum occupat, & post S. Angelium obsidet; quam Pyleus defendit, & tandem bonis conditionibus dedidit, cum Andianorum ad 2. M. ad illam periissent.

S. Angelii

Amiralius in Occitaniam.

Amiralius Rupella belli capite constituta, Occitaniam adeundam censet, vbi aliquæ fidelium restabant vrbes. Et Orengianus e Germania auxilia collecturus sperabatur.

Nemausus astu capitur.

Religiosi Nemausum capiunt, idque astu. Erant ad aquam ferrei cancelli, quos noctibus aliquot quidam faber ferra diffidit, cera oblinens rimas, quas fecisset, ne interdiu conspici possent. Ceterum strepitus, qui edebatur in illo opera, molendini & aquæ illius partis a custodibus esse putabatur. Sic tandem Sanrosinius capitaneus noctu accessit, & perfractis cancellis plurimos in vrbem ducit, & tumultu facto, portaque occupata & aperta, equites, qui foris expectabant, immittit. Et post aliquot dies certis pactis etiam arcem recipit.

Vezella.

Vezellæ in Burgundia oppidum reli-

religioſorum, etſi bis a Sanſaco obſideretur, tamen non eſt capta.

1570. Rupellenſes Olonem.

Bellum a fidelibus varie inſtauratꝰ, Rupellenſes Olonē Inſulã, qua p̃do Landezellus opimã prædã comportarat, capiunt, quam tamen, a nautis perfide in Britanniã deducti rurſus amiſerunt. Principes Occitanã regionē peruagantꝰ, Tholozanę grauē vaſtitatē inferunt. Poſt Viuariatē prædando pergunt, & ſuperato Rhodano in Delphinatũ irruunt, & regreſſi pnicie vbiuis minantꝰ. Et ſic Religioſi tunc religione nulla ſunt vſi, inuito etiam Amiralio & Principibus.

Religioſi parum religioſi.

Coſſæus cũ maximo exercitu miſſus eſt contra Principes, peſſime & a paucis equitibus inſtructos. In pugna tñ ita repreſſus eſt Coſſæus, vt ipſo inuito Caritæã peruenerint. Rex vt ad pacē inclinare omnino videretur, rē cum Germanorũ Principũ nõnullis cõmunicabat, ad illũ cõmunes literas dãt Palatinus, Saxo, Brãdenburgēſis, Wirtebergēſis, Heſſus & alii, q̃ ad pacē magnum momentũ habebãt. Nec Cæſar Maximilianus, filiã regi, quam

Principum Germ. literæ ad Regem.

ambibat, in his turbis dare se posse ostendit.

Pax in Augusto conclusa.

Itaq; rebus vltro citroq; per aliquot menses agitatis, pax tandem ad mensem Augustũ concluditur summa omniũ exspectatione maximisq; votis, & Edictũ ꝓpositum, sancita ἀμνηστία, cõcordia impetrata, ne cui religionis caussa periculũ, incommodumq; creetur, sed libera sit religionis professio: Et ne religio exerceatur Lutetiæ, nec intra duo miliaria ab aula regia.

Edictum.

Libertas Religionis.

Condæani pro fidelib. regis agnoscuntur, Bipontinus & eius liberi, Orengian⁹, Mãsfeldius &c. ꝓ bonis vicinis & amicis declarantur. Cetera vide in historia.

Religiosis in potestate relinquebãtur, Rupella, Caritæa, Sanlserra.

Rex ducit Maximiliani Imp. filiã.

Rex cũ Cæsaris Maximiliani filia nuptias celebrat.

Interea tamen nihilominus, cõtra edicti sentẽtiã Orẽgii & Rhotomagi, strages in religiosos editur. Principes igit' legatos questũ de hac Edicti violatione mittunt. Rex erga legatos se humanissimum declarat, & auctores puniri iubet, quorum tamẽ maxima

pars aufugerat, qui imaginario absentes supplicio sunt affecti.

Puer quidam vestibus Missaticis ludibundus in publico obibat, remigiis adiudicatur.

Vt pecunia, q̃ Germanico militi debebatur, persolueretur, indicta est religiosis quinta pars redituum (partẽ a. rex ipse pendebat) quod onus quosdam a religione absterruit, alii spe pacis moderate ferebant.

Grãdes prętereà vectigalium pensiones in Gallia imperatæ.

Hyems tam sęua, vt Rhodanus glacie concreuerit, sic vt Comes Voltius, pedes e Viuariate in Delphinatũ iuerit. Arbores & sementa enecata, vnde maxima annonæ caritas secuta.

Synodus vniuersalis Religiosorum Rupellæ habita, tributa regiis literis de hac re facultate, præsente & præsidente Theodoro Beza. Honestarunt hunc cõuentũ sua p̃sentia Nauarręa, Principes, Amiralius & multi p̃ceres & nobiles religiosi. Actũ de ratione instaurãdarũ Ecclesiarũ, de doctrina item & disciplina Ecclesiastica. &c.

Synodus Religiosorum Rupellis.

Parata insidia.

Cum Rex & ipsi adhærentes aperta vi religiosos debellare neq̃re se viderent, dolo opprimendos esse iudicarũt, iuxta illud: *Dolus an virtus quis in hoste requirat*, eoq; vt antesignanos & p̃cipua capita eorũ vno aliquo loco cõgregatos, in laqueos inuolutos inuadere atq; e medio tollere posseni. Ad eã rẽ capessendã hę fraudes p̃tentatę. Rex erga legatos, quos Principes ad ipsum, vt supra memoratũ, miserãt, clementissimũ & humanissimũ se gerit, seq; Edicti seruantissimũ declarat. Ostẽdit, se sororem Margaretã Henrico filio Nauarræo vxorẽ dare velle, se erga Hispanũ male affectũ esse prę se ferebat, & cupere Orengii res in Belgio p̃motas, ad illas Amiralii opa esse vtendum. Has technas vt cõtexeret, visus ẽ a Guisiis alienior. Momerãcio v. consobrino Amiralii Guisiorũ hoste familiarius vti. Grata hæc Principibus indicia fuerunt. Nauarræ inprimis, vt quæ tã ampli coniugii mẽtione lætabatur. Quæ & ipsa eo nomine, in aulam vt veniret, a rege est inuitata.

Mentio de nuptiis Nauarræ.

Rex simulat se [illegible] fa-[illegible]

Ami-

Amiralius etsi suspecta ista haberet, tamen paulatim securior factus magnificis istis persuasionibus auscultat & diffidentiam deponit.

Amiralii hæsitatio. Nauarræa ad Regem.

Nauarræa igitur tãtis promissis inducta, ad regem qui Blesis erat, venit. Ad illã magnifice humaniterq; excipiendã vix dici põt, quanto studio omnia fuerint adhibita a rege, regina, fratrib. regiis, sorore, omni deniq; aula, vt vndiq; ab omnibus aulicis, quasi ad rei iam pridem optatæ spectaculũ certatim concurreret᷑: Rex maxime in Nauarræa colenda & omnibus humanitatis officiis honestanda nullo modo videbat᷑ sibi posse satisfacere.

Actum igitur de matrimonio inter Hẽricũ Nauarręę filiũ, & Margaretã filiã reginæ matris. Vtrinq; ꝑmissiones speiq; amplissimę. Duo tñ Nauarræã tenebãt scrupuli, ne more Papistico fieret copulatio, & ne Parisiis, qꝺ vtrumq; velle se rex & regina cõtendebãt. Dissensum diu est. [illegible]ũ tandem rex nihil se apud Nauarræã obtinere posse animaduerteret, fert᷑, adhibitis vt solebat, diris dixisse, se legibus, &

De matrimonio inter Nauarr. & regis sororẽ.

Rex nuptias ipsimet consecraturum.

Pontificiis, & religiosis sororẽ solutu-rum, se v. ipsum poti⁹ illud matrimo-nium copulaturũ, qua ratione nõ pos-set augustius, magnificentiusq; cele-brari. Qui rumor inter aulicos euaga-tus est, & cõplurimis mire arridebat nouum illud cõmentum. Quemad-modum quæcunq; a regibus dicunt, aut fiunt, Gallis mirifice solẽt placere, vt quo rex modo, & ipsi loquantur, & vestiantur, & vniuersæ etiam vitæ ra-tiones illius moribus conforment.

Galli suum Regem æmulantur.

Tandem rex a Papa Pio. 5. petit, vt coniugium hoc, quod e regni vsu pla-ne esset, fieri permittat, & eas adhibe-ri in copulatione ceremonias conce-dat, quæ e re maxime viderentur. Quod Papa renuit prorsum.

Nauarræa ministros consulit.

Nauarręa etiam suos Ecclesiæ mi-nistros de hoc matrimonio cõsuluit, quorum aliqui id propter diuersitatẽ religionis minime probabant. Sed iis neglectis regina eos audiuit, qui gra-ta ipsi loquebantur. Existimabant e-nim matrimonium hoc sanctissimæ faustissimæq; pacis, verum & sempi-ternum fore quasi firmamentum.

Ami-

Amiralius viduus, regis commendatione Comitis Entremontani in Sabaudia filiam Heroinam religioni addictam, & diuissimam, obtinet in vxorem.

Amiralius etiam frequẽtibus a rege nuncijs, & tandem per Cossæum illi amicissimum, sollicitatus, tandem ad illum venit Blesas. Guisii ante composito discesserant, regis mandatu.

Amiralius Regis commendatione vxorem duxit.

Venienti ingens populi circumfusa multitudo occurrit, & rex obuius honorifice illum excepit, patrem appellando. Fertur etiam inter alia hoc dixisse: Eia nũc penes nos te habemus, non discedes hinc, quando volueris. Suspecta forma loquẽdi fuit; quam & Amiralius sensit, & sibi cauere potuisset, si mens nõ læua fuisset. Magnifice & a ceteris exceptus est. Magna ei tribuunt munera. Maxima deinde Regi cum Amiralio familiaritas, ita vt diceretur, Regẽ non tãtum Religiosis fauere, sed & religiosum palã propediẽ & ipsummet futurũ: omnia deniq; in aula de Religiosorum sententia fere geri.

Amiralius tandem ad regem accedit.

Quomodo exceptus.

Maxima eius cum Rege familiaritas.

Crux euersa

Stabat crux magnifica, exstructa in eo loco, vbi ædes cuiusdam mercatoris Gastimi Parisini, euersæ erant, in quibus ille conciones Euangelicas superioribus annis haberi permisisset. Illam crucem palam tolli petebat Amiralius, quod est continuo a rege, vt fieret, imperatum.

Fœdus cum Regina Angliæ.

Visum est Amiralio operæpretium ad rem Belgicam, vt fœdus cum Regina Angliæ iniretur. Id igitur Momerancio internuncio initum est.

Ludouicus Nassouius.

Ludouicus Nassouius crebro apud Regem conuersabatur. Multus tum de expeditione in Belgiū suscipienda rumor.

Legatus Hispani.

Legat⁹ Hispani, qui apud Regem fuit, de iis rumoribus queritur: qui tamen siue institutum Regis sciuerit, siue secus, ita placatus est, vt intelligeret omnia ista fieri in Papisticæ fidei propagationem. Ceterum consiliis ille Regis, Reginæ, & Andii quotidie interfuit.

Autumnus.

Autumnus eius anni, mirum quam pluuiosus: Ferrariæ multa ædificia euersa. Pars montis non procul a Ge-

neua

neua in Rhodanum prolapſa, exundatione facta maximam viciniæ cladem intulit. Terræ motus prope Geneuam ingens.

1572
Cardinalis Alexandrinus cũ Rege.

Erat in Hiſpania Cardinalis Alexãdrinus, Pontificis nepos, obſcurus, vt patru⁹, loco quippe q̃ primũ ſartoris opificio vitã toleraſſet, tum a Patruo in cœnobium intromiſſus, ex Monacho fit Cardinalis. Per illum Papa exprobrat regi, & matrimonium hoc, & nimiam in Religioſos animi propenſionem. Cui Rex reſpondet; ſe cõtra fidem Nauarræ datam nihil agere poſſe. ſed non debere Papam dubitare; fieri hæc in optimum finem, & ad defenſionem Pontificiæ Religionis, tantum exſpectandas eſſe maturas rei gerendæ occaſiones. Se Chriſtianiſſimum dici, & eſſe velle, & Romanæ Eccleſiæ filium ſemper futurum.

Cui ſe rex purgat.

Et in fidei ſuæ monumentum annulum digito ſuo extractum Alexandrino offert. Rumor nihilominus ſpargitur, Cardinalẽ a Rege male acceptum eſſe. Rex ẽt Nauarrϛæ dictibat: monacho matrimoniũ impedire

molienti, se id respondisse, quod tāta illius impudentia mereatur.

Classis.

Mari apparatur classis in Belgium itura.

Pius 5. moritur.

Pius 5. Papa, mense Maio moritur, Cardinalis igitur Lotharingius Romam ad electionem alterius Papæ, proficiscitur, simul vt approbationē, & consensum nuptiarum institutarum expediret.

Synodus Religiosorum Nemausi.

Synodus religiosorum Nemausi frequens, cui & Beza interfuit, præside Galazio, habetur.

Consortia praua corrūpunt bonos mores.

Tempore pacis ex communitate, & conuersatione cum Pontificiis, tanta corruptela morum inter religiosos enata, vt Ecclesiæ, nullum pace illa acerbius bellum, expertæ sint, vt vtile sit, Ecclesiam cruce exerceri.

Principes Regi vrbes ex pacto debitas restituunt.

Nauarræa Lutetiam venit.

Vt nuptiæ celebrarentur Nauarræa Lutetiam venit, vt quæ ad festiuitatē pertinerent curaret. Rex ex omnibus regni partibus vtrorumq; hominum nobiliores humanissime ad nuptias inuitat. Amiralius cunctantius

Rex Amira-

itine-

itineri se tradens per Briquemaldum ei deditissimum, vt adsit, monetur.

lio negotium Belgicum.

Aduenienti rex summam expeditionis Belgicæ defert, & pecuniam suppeditat.

Ludouicus igitur Nassouius bellum Belgicum incoat, & Montium capit.

Ludouicus Nassonius.

Flessinga præsidium Hispani depellit.

Nauarræa dum Lutetiæ in apparatu nuptiarum occupata est, moritur, mortis nũcio pene citi⁹ q̃ morbi disseminato. De mortis caussa varii rumores. In dissectione viscerum veneni vestigia nulla reperta; dictum erat cerebrum, quod sectum non est, odore venenatarum chirothecarũ infectum mortem attulisse. Filius igitur sponsus, rex Nauarræ factus.

Nauarræa Lutetiæ moritur.

Caussa mortis.

Ludouicus Nassouius Montii ab Albano obsidetur, Genlisius obsessis iussu regis, auxilio processurus ab Albano cum Noæo capitur. Rex ne illis aliqua fieret iniuria ab Albano contendit.

Ludouicus obsessus.

Strozius vt Rupellã ingrediatur.

Rex Strozio, cum classem haberet, specie quod Orengiano auxilio venire deberet, mãdauit, vt quasi aliud ageret, quantum posset militum numerum Rupellam induceret, quod ille solerter factitabat.

Nomina fidelium consignantur.

Lugduni nomina religiosorum in commentariis conscribebantur, eo prætextu, fieri id propter futurã Belgicæ expeditionis militiam.

1572. Amiralius ne fistulæ regis dulce canenti credere[t], fidelissime monetur

Cum Euangelicis suspicio oriret, fraudulentas illas esse nuptias, Amiralium diligentissime scriptis literis, & luculentis adductis exemplis monuerũt, ne ad illas nuptias accederet, & blanditiis regis fidem ne haberet, meminisse eum, Regem eo ipso die, quo Nauarræa venit in aulam Blesas, a Regina matre iocabundum quæsiuisse, blasphemia, vt de more illi fuit, interposita: num egregie personam suam sustinuisset, annuente Regina, & dicente, p̃clara sumta esse primordia, sed parum hoc prodesse nisi pergat: at ego, Regem dixisse, omnes illos tibi in casses inducam.

Rex personã solerter agit.

Nimia credulitas Amiralii.

Verum Amiralius se tantis Regis pro-

promissis, & factis minime diffidere debere existimat: Lutetiam igitur se confert. Venere eo religiosorum ꝓceres innumerabiles.

Tum variæ mussitationes, varii ioci, futuras cædes præsagientes.

Ritus copulationis Nauarræi.

Decimo octauo Augusti fit copulatio nuptorum tali ritu, multorum mensium commento. Pro foribus maioris fani stant Nauarræus, & Spõsa, Cardinali Borbonio intermedio, qui a sponso, & sponsa, vsitata auspiciorũ verba stipulatur. Pactis ita vtrinq; de more conuentis, Rex progressus cum ingenti comitatu sponsam in templum introducit. Nauarręus Cõdæo, Amiralio, magnaq; hominum turba comitatus, extra templum secedit inambulãs. Missificatione perfecta, sponsa templo egreditur. Ita ad prandium itur. Luxu, ludis, & omnis generis voluptatum deliciis quatuor traducti sunt dies. Post egrediẽs e Senatu Amiralius, & literas legendo pedetentim incedens, tormenti ictu e vicina domo facto, in vtraq; manu læditur, pergit tamẽ in hospitium cum

Disiunctæ preces.

Amiralius vulneratus.

ſuis. Reſciens hoc rex, diris emiſſis, quaſi indignabundus cõqueri̇t. Cũq; a Nauarræo, & Condæo rogaretur, vt Amiralio Lutetia propter inſidias paratas diſcedere liceat, Rex ſe facinus hoc grauiſſime vindicaturum eſſe iurat, & ne Amiralius diſcedat, monet.

Zelus Regis contra auctorem vulneris Amiralii.

Interim inquiſitio fit in auctorem vulneris: Verum fruſtra. Is n. celerib. equis diſpoſito vſus, confeſtim fuga elapſus eſt. Ædes illæ a Guiſiæ familię hominibus habitabantur.

Rex in omnes prouincias ſcribit, ſe tanti facinoris conſcium nõ eſſe, eiuſq. vicem dolere, tum Amiralium, vna cum matre, fratre vtroque & aliis Principib. inuiſit, doloré ſuum conteſtans.

Et vt Amiralius tutus foret, in Luparam eum deportari facit, & vt nobiles religioſi vndique conuocentur, vt prope ædes Amiralii in eius ſecuritatem verſarentur procurat, milites iis ex ſua cuſtodia adiungens.

Die 23. Auguſti ſtrenua inquiſitio fit a Rege de auctore facinoris inueniendo.

Sunt

Sunt omnia eo cōparata, vt religiosi de rege optima quæq; sibi pollicerentur, & securiores redderentur.

A prandio Rex, Regina, Andius, Niuernicus, Taunānius, Comes Rhetius p speciē deambulandi ad Regios hortos, q tegulari vocant, cōcedūt. Ibi conclusum fuisse consilium facinoris per longū tēpus cōtexti effecta sequente nocte demonstrarunt.

Consilium in horto tegulario de nece Hugonotorum.

Summa illarum rerum procuratio Guisio data est, modus, tempus, ministri, arcessendarum cædium designātur. Fiebant tum stationes militum, in vrbe frequentiores. Rex Amiralio id ei quærenti responderi curat, dispositis certis locis armatos, ad comprimendum populi motum, si quis ab inimicis ipsius tumultus excitaretur, pacato esset animo, omnia illa ad ipsius salutem procurari.

Guisius.

1572. Parisiensis ad Ladislaum

Nunciatum etiam Telignio est, arma a sex baiulis Luparam fuisse comportata, quem nuntiū contempsit ille, & metuit, ne id Amiralio nunciaretur.

Telignius.

Existimabat enim illa arma com-

portari ad ludicri cuiusdam Castelli expugnationem, quod in Lupara extructum erat.

Familiares Nauarræi in Luparam traducti, tanquam in caueam.

Nauarræum Rex monet, vt quos haberet nobiles caros, eos secum in Lupara pernoctare iubeat, vt si forte populus in Guisiorum gratiã tumultuaretur, ipsi extra aleã essẽt, id quod a Nauarræo factum est.

Sub noctem Guisius omnia, quę ad edendã funestam stragẽ necessaria erant, procurat. Centuriones Heluetiorum nouorumq; militũ, qui p eos dies in vrbẽ non animaduersis vicib. venerant, ad se vocat, & iis rem & institutum aperit, & ad strenue agendũ hortatur, tum Mercatorum præfecto idẽ mandat, decurionibus suis significet, continuo suos in armis esse, vt iubeant. Regẽ mandare vt signo horologii Palatii dato Amiraliũ, & vniuersos religiosos, vbicunq; hospitentur, homines scelestissimos, obruant, cędant, mactent.

Apparatus ad Lanienã.

Imperata extẽplo fiunt, expediti decuriones, armati ciues.

Initiũ fit a cæde Amiralii. Guisius enim

enim, Aumalius, & eques Engolesmius regis Henrici 2. nothus ad ædes Amiralii pperāt, quas Cossinius, q̃ pfectus erat custodiæ, q̃ Rex Amiralio adiunxerat, venientib. apit. Guisius in ædiū area moratur. Cossinius aliquot comitatus in superiorem ędium locum perrumpit, nonnullos e Nauarræi custodia vim parantes facile interficit.

Amiralius, qui strepitum & tumultum diu ante senserat, Deum precabatur, & suos nobiles, quorum decem aderant, fugere iubebat; irruptione facta Behmius Germanus apud Guisium educatus, etiamnum iuuenis, Amiralium minime trepidantem, stricto pugione ad pectus fodit, & vulnus capiti infligit. Ceteri multis ictibus eum conficiunt, & prosternunt.

Guisius vt constaret Amiraliū cæsum esse, iubet eum per fenestram deiici, quod dum moliuntur, Amiralius brachio (nondum enim erat mortuus) fenestræ columnam complectitur; ibi acceptis aliquot vulneribus in in aream deturbatur.

Guisius Amiralio pede insultat.

Quid victor gaudet hac te victoria perdet.

Quum suffuso in faciem sanguine minus ille dignosceretur, Guisius linteolo eius vultum abstergit, Amiralioque agnito, & pede percusso, ad Ianuam cum ceteris progressus: Eia, inquit, commilitones: Felix auspicium, ad reliquos pergamus. Ita Rex iubet. Quæ verba ab illo identidem iterata.

Felix auspicium.

Tum ex Palatino horologio signũ datum, plebs vndique concurrit, in ædes Amiralii irruit, trucidantur omnes, qui ibi inuenti nobiles adolescentes, illustribus familiis orti. Merlinus tamen Amiralii concionator (vt & quidam alius) singulari quodam miraculo, conceptis paulo ante cædẽ, & iussu Amiralii in cubiculo precibus, conseruatus est.

Merlinus Amiralii cõcionator.

Eo quoque impetu in aliis religiosorum ædibus, vi effractis, passim sæuiebatur, cædes vndiquaq; fieri, trucidantium belluinus furor, gladiorum, armorumque horrendi strepitus, passim morientium alti clamores, eiulationesq; deprecantium querelæ tota vrbe audiri, dũ tympanorum signa

Cædes promiscue.

Tantum religio potuit suadere malorum.

igna horribili fragore circumſonarent, ſclopetorumque terribiles ſonitus vndique exaudirentur, vt vix dici poſſet, quanta ſtrages virorum, mulierum prægnantium, puerorum, iuuenum, ſenum, diuitum, pauperũ, nullo nec ſexus, nec ætatis, nec conditionis habito diſcrimine, a furioſis hominibus ſit perpetrata, vt intra aliquot horas ad decem capitum millia eo die necata eſſe dicantur.

x. Millia cæſorum.

Domeſtici Nauarræi iuſſi egredi cubiculis inermes, in area Luparæ, vidente Rege, ab Heluetiis crudeliſſime obtruncantur. Quidam ſaucius in cubile nouæ nuptæ profugiens, ibi ſeruatur.

Nobiles Nauarræi mactati.

Rex Nauarræum, & Condæum vocat, & iis mortem, niſi religionem abiurent minatur, ab illis ea conſternatione quoquo modo reſponſum, donata vita, Miſſam adire ſunt coacti.

Rex Nauarrao & Condao.

Mongomerius, Carnutenſis, & alii religioſi, qui ad San Germani erant ſuburbium, audito hoc tumultu, etſi diu hæſitabant, fugam tamen

Mongomerius & alii elapſi.

tumultuarie arripiunt, priusquã Guisius, & percussores ad ipsos vltra Sequanam pertingere potuerunt. Mora erat, quod cũ portæ aperiẽdæ essent, non illæ claues, quas oportuit, allatæ fuissent. Et fugitiuos quidem longo tempore, & procul prosecuti sunt, sed apprehendere tamen nequiuerunt.

Quomodo quiq; cæsi.

Quomodo illustres aliquot cæsi sint, vt Telignius, Rupefocaldius, Renelius, Sponsæ cuiusdam fratres, Plateanus, Lomerimus, Chapesius? Id in ipsa historia legatur. Petrum Ramum doctissimum philosophum, pecunia prius mulctatum, deinde præcipitatũ virgis cedunt etiam mortuum impii discipuli, a crudelib. præceptoribus, Iacobo Carpentario potissimum, Rami aduersariis incitati. Lãbinus quoque vir eruditus, & Papista, metu Carpentarii sui aduersarii ita consternatur, vt intra paucum tempus sit mortuus.

Petrus Ramus.

Carpentarius.

Guisii quibusdam donãt vitam.

Quomodo Guisii aliquibus vitam donarint, vt tanti sanguinis fusi noxã a se deriuarent, & quomodo rex, & regina aceruos cadauerum deinde in-

ıſpexerint? Lege in ipſa hiſtoria.

Die illo 24. Auguſti Bartholomæo acro, rex ſcribit ad omnes prouinarum præfectos, quibus Pariſiana ım cædium cauſſam in Guiſios deriıt, vt quæ facta ſit propter veterem lam ſimultatem, quæ illis cum Amilio intercederet, & teſtatꝰ, hac in re ulla modo violatum eſſe Edictum ium, quantum ad ſuam voluntatem, ttinet: ſed quod velit id æque atque actenus conſtanter obſeruari,

Rex per edictum culpã Guiſiis imputat.

Die 25. Auguſti rapina, & laniena la continuata incredibili cædium nmanitate. Illuxit eo die Sol clariſſiıus, ideo rex dixit: tempus ob Huenotorum cædes exſultabũdum lęari. Sub meridiem in Cœmiterio S. nnocentii rubus prętet anni tempus fflorụit: populus eo miraculo cædẽ eligioſorum probari iactat: religioſi ontra, interfectorum innocẽtiam, c cauſſam eo cõfirmari, & religionis onfirmationem, & florem ſignificari volunt.

Laniena cõtinuatur.

Solis iubar.

Flos e rubo.

Caput Amiralii amputatum ad regem deportatũ. Cadauer mutilatum,

Cadauer Amiralii.

triduo per plateas raptatum, denique patibulo suspensum. Post aliquot dies quidam boni homines noctu cadauer Amiralii a patibulo sumtum in in loco hactenus imperuestigabili sepeliuerunt.

Cadauer Amiralii sepultum.

Rex ipsius cadauer adhuc in patibulo pendens, & fœdum olens inspexit, dicens, quam suauiter oleret cadauer inimici: ablato vero cadauere, effictum simulacrũ Amiralii appenditur.

Regina Hupertum Languetum tunc Legatum, puto, Augusti Electoris, interrogauit, Languete dicens, Quomodo ista res Principibus Germanis placebit? Ibi Languetus: Aspectus, inquit, malus est: quomodo res illis sit placitura, nescio.

Rex per edictum caussam laniena in se recipit quasi Amiralii, & Hugenotorum aliquam conspirationem vindicasset.

Guisiis ægre ferentibus, quod rex culpã laniena ipsis adscripsisset, prætextus alius inuentus est, nempe, deprehẽsum esse, quod Amiralius, & religiosi conspirationẽ fecerint de rege & regiis ceteris, Nauarræoq; interficiẽdis, q̃ hoc modo pręueniri necesse habuerint. Itaq; stragem illã suo mandatu editam esse.

Hæc accuſatio poſtero die in Parlamento a rege facta, & in acta relata ſt. Laudatur eius factũ, & allegatur, udouici II. regis Symbolum: Qui eſcit diſſimulare, neſcit imperare.

Vox regis de caſo religioſo.

Dum rex Luparã redit, in eius coitatu deprehenditur religioſus, & ıterficitur: rex rem intelligẽs, vtinã mnes, inquit, eodem vulnere Huenoti concidiſſent. Actę Deo publiis ſolemnitatibus gratiæ pro re tam ene geſta.

Edictum regis.

Rex edicto publicato ſcribit: Quicquid hac in re acciderit, ſuo diſerto nandatu geſtum eſſe, non aliqua quidem religionis cauſſa, aut vt ſuis de pacificatione edictis, vllo modo repugnaret, quæ & voluit, & etiamnum velit ſancte, obſeruari, ſed vt nefariæ cõiurationi ab Amiralio, & ſociis aduerſus ſe, & regiam ſuam dignitatem, & reginam matrem, & fratres, & ipſum Nauarræum, ceteroſque regiæ familiæ principes, & optimates regi gratiores initæ, iret obuiam: itaque velle ſe omnes religioſos ſecure, &

pacate viuere, & ne quid in religioso-rum vitas, aut fortunas iniurie a quo-quam statuatur. Norint etiam statu-tum, ne cœtus cuiusuis caussæ specie habeant religiosi.

Repugnantia regis.

Nota. Ait rex, se superiora pacifi-cationis edicta rata esse velle, sacras tamen cõciones vetat, velle se, vt pa-cate, & secure domi viuant, illarum tamẽ cędium auctorem se perspicue testatur.

Litera de laniena patranda.

Quomodo ista cohærent? Quin & secretiores regis literæ præfectis mis-sæ, quibus cædes religiosorum impe-ratæ.

Mactationes Lugduni hostium.

Lugduni igitur die 28. Augusti, cũ religiosi in diuersis locis gregatim cõ-uenire iussi essent, miserabilis eorum editur laniena: quidam carceribus e-rant inclusi, iniunctum carnificibus, vt eos mactarent, quod ipsi renuunt, cum nondum legitime essent conde-mnati. Itur ad præsidiarios milites, qui indignabundi, se carnifices esse negant: Cohors demum vrbana, quæ trecentis tormentariis fere ciuibus, & oppidanis cõstabat, eas infames ope-

ras,

tas, carnificibus, & militibus etiam abominabiles aduersus suos ciues, efferatis animis suscipit, atque exsequitur. Ita passim alibi in tota illa vrbe magno numero necati miseri religiosi; tantusq; sanguis fusus, vt plateę eo inundarint, & Rhodanũ diro colore infecerint. Cadauera iniecta Rhodano ad omnes inferiores vrbes deuexit, cum horrenda incolarum Papistarum tantarum cædium detestatione.

Nota. Patris, & duorum filiorum martyrium mirabile, & miserandum. Sæuitum exinde ibi ad plures etiam dies. Lege historiam.

Pater & filii.

Tales cædes etiã Tholosæ, Limosii, Burdegalæ, Rhotomagi, Diepæ, Meldę, Aurelię, Biturigibus patratæ.

1572. mensi, &c.

Andegaui idem factitatur, sumto furoris initio a Massouio Riuerio, summæ & pietatis & eruditionis viro, qui Ecclesiæ Parisinæ prima fundamenta iecerat, & fructuosam & illi, & pluribus Ecclesiis operã nauauit. Ad illius ædes mactator quidam (Monsterellus nomine) venit, illi⁹ vxori signi-

Massouius Riuerius theologus mactatus.

ficat, seipsius maritum velle conuenire, illa nihil hostile suspicans, ait, maritum esse in horto inambulantẽ, ad illum Monserellus adit, & cum se mutuo salutassent: Ego, inquit, venio ad te regis mãdatu, vt te interficiam. Res Massouio primum noua videre, qui cum videt Lanium denudasse ensem, illum orat, vt conueniendę vxoris, & Dei precandi facultas sibi præbeatur. Quibus a Massouio præsentissimo animo præstitis, illum necat Monserellus. Exinde in vniuersam vrbem furor emanauit. Eodem modo in aliis variis vrbib. insanitum est. Ita intra mensis spatium 30. M. hominum ad minimum pro certo dicuntur trucidata.

30. Millia hominum occisa.

Tendius.

Tendius Prouinciæ præfectus priori edicto, non funestis literis posterioribus se pariturum, vt rege magis digno, vltro professus est, & a laniena abstinuit. Idem & Sanchamius Auerniæ præfectus respondit, & se præfectum, non carnificem esse ostendit.

Gordius etiam Delphinatus præfectus a cædibus abstinuit.

Con-

Condæus regi, tantum non furenti, & ei vel Missam, vel mortem, vel perpetuum carcerem proponenti, mascule respondet.

Condæus regi.

Post aliud Lanienæ genus superiori longe inhumanius apparatur ad delēdā religionē, vt nō tantum corporib. sed animis maxima pernicies importaretur. Religiosi enim adhuc reliqui, ad Missas accedere, nisi trucidari malint iubentur. Itaq; ingēs deficientiū numerus repertus, quibus certa abiurationis formula est præscripta.

Religiosi ad Missam coguntur.

Nauarræus etiam, & Cōdæus a Rosario quodā Aurelianæ Ecclesiæ ministro apostata persuasi Missā adierunt. Nec satis erat, quod Nauarræus, & Condæus adacti sunt, vt ceremoniis ordinis S. Michaelis interessent, & q; in eorum præsentia tot de necandis innocentibus edicta sunt perscripta: Sed adversarii ipsum etiā per Cardinalem Carolum Borbonium, qui amborum principum patruus erat, persuaderi curarunt, vt Papam pro capite agnosceret. Itaq; 3. Octobris scriptis literis a Papa absolutionem petiverit, quam & impertauit.

Nauarræus, & Condæus tentati ad defectionem per Rosariū, & Cardinalem patruū.

Fingũt probationes cõiur ationis.

Vt ſpeciem probandæ coniuratio-nis Amiralii haberẽt, cõquiſiti, qui A-miralio addicti, & familiares fuerũt, in quib. fuerat Cauegnius, & Brique-maldus iam ætate prouectus, qui quaſi conſpirationem illam confeſſi eſſent, 27. Octob. laqueo ſuſpẽſi ſunt, quod tamen iſti nunquam cõfeſſi, ſed con-ſtanter inficiati ſunt.

Dominus etiam Pibracius apoſta-ta, auſus fuit publico ſcripto cõſpira-tionem factam eſſe, vnde maſſacra il-la iure inſtituta ſit, aſſerere: Sed aper-te vt craſſiſſimum mendacium refu-tatum.

Exules.

Multi religioſi in peregrinas terras fugam ceperunt, plurimi Geneuam venerunt, quibus de Eleemoſynis ex omnibus reformatis Eccleſiis petitis, proſpectum. Religioſis paucæ vrbes reſtabant, vt Rupella, & Sancerra, & quædam in Occitana. Cumq; ad te-nuitatem ſummam redactæ res reli-gioſorum eſſent, & exciſa pene Eccle-ſia videretur, diſputatum a multis eſt, iurene ſubditi iſti imbelles, regi ſeſe opponere poſſent. Cum ſane etiamſi

Quid fecerunt religioſi.

id iure possent, viribus tamen desti-tuerentur: variantibus sententiis multi in defensione sui sibi potius moriendum, quam regis Tyrannidē perferendam esse existimarunt.

IV. Ciuile bellum.

Quartum igitur ciuile bellum incoatum est, quod tribus superioribus tanto mirabilius est, quod ex tenuissimis, imo pene nullis initiis maiora & illustriora habeat incrementa, quam habuerant, cum externis, iisque sumtuosis, & maximis auxiliis subleuarentur.

1572. Rupellenses renuunt præsidium regis.

Nam quod Rupellēses attinet, rex eos variis modis per Strozā, & Guardium vrgebat, vt præsidium regiū reciperent, id tamen a ciuibus obtinere nunquam potuit. Venere Rupellam ad 55. pastores ex finitimis Ecclesiis, ibique ieiunium, & preces publicæ habitæ.

Bironius eos amicis literis, & multis blanditiis, vt sese regis fidei committerent, hortatur, verum ipsi hoc facere recusant.

Audenarzius.

Audenarzius etiam, qui Nauarrææ præfectus fuerat, regis nomine multa

promittit. Rupellenses respondent, regem non ex sese loqui, sed Guisios regis nomen auctoritatéq; ementiri, idq; eo patere, q, in primis ad se datis literis, rex lanienam detestatus sit, & culpam Guisiis imputauerit, in secundis vero sese tanti sceleris auctorē perspicue professum esse, ita ex vno, eodemq; ore regis calidum, & frigidum egressum esse, regē item perhibere, velle se Edictum seruari, & interim religionis administrationem capitalis supplicii pœna constituta vetare.

Bironius. Bironius iterum apud Rupellenses, vt se recipiant, instat. Scribit idem Nauarræus, mandarat idem & rex, Bironius denique minas addit.

Ad tantas arietum concussiones prope mouebantur quidā Rupellensium. Sed tamen hac deniq. itum, Bironium non esse admittēdum, quod intelligerent religiosos in Occitania a regiis contra datam fidem, cędibus, & rapinis misere oppressos esse. Instant & Strozius, & Guardius, & promissis

missis & minis, scribit rex, scribunt, & hortantur amici, nihil effectum.

Incidit inter ista literarum cõmercia laniena Burdegalensis. Eripiebantur etiam Rupellensibus naues, & merces, quæ res maiorem in ipsis diffidentiam pariebant. Itaq; omnia ad defensionem parant. Vindemiam 25. M. doliorum recondiderunt.

Montalb. Nemausi.

Sollicitauit rex etiam Montalbenses, tũ Nemausos, qui monente Clausonio curiæ cõsiliario, aduersantibus aliis, repulso regis præsidio ad defensionem sese pararunt.

Pontificii Pusinatũ occupant, perfidiose etiam obtinent Villã nouam.

In Delphinatu pleriq; religiosi palinodiam cecinerũt, vel alio sese contulerunt.

Sanserra præsidium regis recusat.

Sanserra etiam pręsidium regis repudiat.

Exsules reuocati.

Mandat rex, vt exsules reuocati redeant, aut bona eorum cõfiscentur.

Anglia ad Bapt. filia regis.

Regina Angliæ regis filiæ testis Baptismi vocatur.

Noxius etsi regis minister, tamẽ ad Rupellenses, religiosus n. erat, reuer-

titur. Cui deinde belli administratio demandatur.

Nouum sidus.

Die 9. Nouembris, alii diem 17. habent, apparuit stella in sidere Cassiopeæ miræ magnitudinis, & perspicua luce præfulgida. De hac re varia hominum ferebantur iudicia, & ei stellæ, quæ Augusti Cæsaris tempore in ipso Christi Seruatoris nostri natali conspecta est ad scorpiũ, assimulabatur, atque vt illa primum, ita hic vltimum Christi aduentum portendere dicebatur. Illa totos nouem menses in cœlo emicuit, de qua quidem hos nuper versiculos:

De stella inusitata, quæ conspecta est anno 1572.

GAllia cum sæuis lanienam exercuit armis,
Tunc vbi rex sponsus, qui modo regnat, erat,
Conspecta est summo fax ardentissima cœlo,
Non procul a solio Cassiopeia tuo,
Attoniti stetimus mortales omnibus oris,
Prodigium horrentes tale, minasq; Dei
Am-

Ambiguum, seu stella foret noua, siue Cometa;
Non illi mundus viderat ante parem.
Credibile est, animas illa sub clade peremtas,
Sideris hoc signum constituisse polo,
Victricis palmæ, perpessa morte, trophæum,
Quam pro Christigenû sustinuere fide.
Siue secutorum signauit funera regum,
Auctores tantæ quiq; fuere necis,
Siue Euangelij lucem præsagijt illam,
Quæ nunc in terra Gallide pulcra nitet.
Seu fuit extremi signum fax illa diei,
Iustitiæ præsto Sol vbi Christus erit:
Certum est, haud vllû spectari impune Cometam,
Cælitus in cassum signa nec vlla dari.
Id probat annorum series longissima mundi,
Pœnarum series id numerosa probat.
Ni frustra erectos vultus, animamq; tenemus,
Ni frustra superos aspicimusq; polos,
Ni frustra cæliq; minas, & signa tuemur,
Ni frustra nobis scripta diserta patent.
Nos igitur debent spectacula tâta mouere,
Pectora ne iusto nostra timore vacent.

Anuillius. Sub finem Nouembris Anuillius in Occitanam contra religioſorũ reliquias, cũ exercitu mittitur: is *Somieram.* Somieram vicinã Monſpeſſulo, ad quatuor menſes obſidet, ſed & ſumtus inanes tãto exercitui alendo fecit, & plurimi nobiles religioni infeſtiſſimi ibi pierunt, ſic vt religioſi pene mortui, alacrib. animis deinceps res ſuas in Occitana adminiſtrarint. Vrbs tñ denuo ſeſe dedidit luculentis cõditionibus.

Inſulam Rhezam. Rupellenſes inſulam Rhezam, captis regiis nauibus ſibi vendicant.

Quarto Decembris Bironius Rupellas obſidere cœpit.

Indicitur in vrbe ieiunium, vſitato Gallicis Eccleſiis more.

Nobilitas Gallica ad bellũ Rupell. concita. Mandatur a Rege per vniuerſam Galliam repetitis imperiis, & grauib. ſupplicijs additis, vt oẽs nobiles ad militiã Rupellenſem proficiſcerẽtur: pœna adhibetur capitis diminutio, i. nobilitatis abdicatio, vt qui nobiles eſſent, ſi hãc militiam non obiiſſent, ruſtici, & vectigales cẽſerentur. Iſtius *Rupella obſeſſa.* ſupplicii denũtiatio nobiles ex omnibus regni ꝓuinciis, ẽt religionẽ olim pro-

profitentes, ad militiā confertim cōcibat. Rupella igit' arctissime obsessa. Duces in vrbe erant, Noęus, Normānus, Riueri⁹, Charlæ⁹, Essarzius, Gorgolæus, ita vt imperii nomen, & potestas esset penes maiorē, qui tamen inconsulto senatu nihil ageret.

Magistratus & Capitanei Rupell. &c.

Crebrę obsessorū fiunt eruptiones. Andi⁹ in castra venit. Tentant' obsessi literis, & promissis tractandi de pace. Regii oppugnant vrbem. Fiunt colloquia de pace.

Initio Martii regii tormētis tonāt in obsessos, & isti in eos vicissim.

Ex ꝓpugnaculo, q̄ Euangelii vocat', erupit tormenti maioris globus, q̄ in pluteū terra nō satis firmiter munitū illidēs, Claudiū Lotharingū, Ducem Aumaliū, Guisii patruū, ibi latitātem interfecit. Ita Principis viri funus, ad nobilium virorum militumq; gregariorum quotidianas cædes accessit.

Claudius Dux Aumalius globo occisus.

Induciæ vnius diei, quo Noæus, & Memuuillius egreditur ad colloquiū. Ab vltimo Februarii ad 26. Martii numerati 12. M. & 200. ictus a regiis tormentis delati.

7. Die Aprilis fit primus in vrbem impet⁹ oppugnatorius, occupata fossa, sed fortiter repellitur.

Maio mēse prope captum est propugnaculum Euangelii a regiis.

Mulierum virilis ad defensionum opera collata.

Iunio erumpunt oppidani.

Andius in cuniculum descēderat, agnoscitur a milite, qui in illum confestim ictum tormentarium ingerit, quo tamen non Andius, sed proxime adstans quidam nobilis est occisus.

Legati Polonici.

Legati Polonici ad Andium electū Poloniæ regem in castra veniunt.

Conditur pax inter regem, & Rupellenses Mense Augusto.

1573. Conditiones pacis.

Sublatum nomen rebellium a Rupellanis. Concessa libertas exercitii Euangelii, simul & Papisticæ doctrinæ: vt memoria mortuum Bartholomæorum perpetuo silentio sepeliantur. Vt Nemausates, & Mōtalbenses in pacis hoc fœdere comprehendantur.

Cetera capita vide in historia ipsa.

Exiguum, & tenue edicti illius be-

neficium quidē tribuebatur, magnū illius, primariumq; fuit, Rupellam exercitu regio liberari.

Interea villa noua in Viuariate a religiosis recipitur insigni strategemate, cancellis nempe ferreis serra noctu dissectis. *Villa noua.*

Variæ in Occitana vrbes recipiuntur.

Mombruuius arma capit in Delphinatu.

Sancerra ciuitas non procul a Lutetia ad Ligerim in Burgūdia sita est, in eam se contulerunt, qui ex Bourgis & Aurelio, lanienam fugientes se receperunt. Rex continuo per Castriū illis mandat, vt præsidium regium recipiant: sed idem ab illis responsum, quod a Rupellensibus. Principio Octobris inuaserunt eos quidam milites, qui tamen viriliter ab illis reiecti sunt. *Obsidio Sancerræ.*

Sancerrenses Fontenæum rogant, vt caussam suam apud regem agat, is Caduilletum ad eos mittit, cum quo legatos suos in Aulam regis ablegant. Isti veniam a rege petunt, rogantque *Fontenæus.*

vt Fontanæum mittat, fore, vt is a Sãcerrensibus libenter recipiatur. Cum autem isti pręter iussum Sancerrensis Magistratus hoc fecissent, Fontençũ, qui iam præsto erat, admittere noluerunt: Exstiterunt tamẽ inter inquilinos, de eius receptione dissensiones.

Fontanæus quidem proditione arcem accepit, sed a religiosis continuo repulsus est.

Capitanei Sancerr.

Sancerrenses ad bellũ se accingentes Ioannellum præfectum vrbanum Ducem sibi dicunt, Florium item, & Mingum & alios aliquot, eandem sibi fortunam pollicentes, qua anno 1569 in obsidione vsi fuissent.

Cum autem in animum inducere non possent, fore vt rex aliis bellis occupatus eam ciuitatẽ esset obsessurus, factum, vt nõ satis cõmeatus frumẽti in vrbem cõportarint, nec vicina oppida euerterint, q̃ ipsis maximæ fraudi, regiis commodo fuerunt.

Sancerr. Panum prodi dit.

Castrius igitur in Nouembri anno 1572. vrbẽ Sancerram obsedit. Ciues vbi se obsessos vident, tum demũ frumẽti penuriæ metuẽtes de vulgi fæce

extra

extra vrbem pellēda ineunt rationes. Is vero cui hęc cura demādata fuerat, ita perfungitur eo munere, vt maior pars vulgi in vrbe remanſerit, vnde & miſero popello, vniuerſæ etiam ciuitati infinitum malum eſt poſtea importatum.

Caſtrius Præconem miſit.

Caſtrius pręconem miſit, qui ipſos vt ſe dedant, hortatur, cum promiſſis, quod rex benigne cū illis ſit acturus. Verum illi pręconem in vrbe retinēt, quod Ioannello id conſulenti, poſtea peſſime ceſſit.

Nemo ictus a tormentis.

Iam regiorum M. ictus detonuerunt, cum nemo oppidanorum læſus eſt, excepta puella, q̄ flamine fulminis illi⁹, nō ictu, ad prima initia enecta ē.

Caſtrius magno impetu vrbem oppugnat, verum fortiſſime repellitur.

Caſtri⁹ in Martio obſidionē ſoluit, & Sancerram ſeptē firmis propugnaculis circumſepit, ne ex vrbe egredi, aut in vrbem ingredi cuiquā licuerit.

Fames in vrbe horrenda.

Inde factū, vt maxima fames in vrbe extiterit. Comeſtus primum equus tormenti ictu forte interemtus, tū aſin⁹ ea de cauſſa cōſulto cæſus, poſt ad

feles, & ad ipsos etiam mures, & canes eodem famis œstro processum.

Humanæ carnes comesa. Die 31. Iulii, pater, & mater filiæ fame mortuæ caput, iecur, & ilia iã deuorarant, cum re cognita a magistratu in eos animaduersum est, pœna capitali.

Fames ea, proh dolor, tanta fuit, vt Ierosolymitanæ, & Saguntinæ famis memoriã exæquare, nisi & exsuperare videatur.

Fames ea mensis, & dimidii spatio longe plures interfecit, quam septem mensium & dimidiati interuallo bellum.

Frustra autem iamdiu a sociis auxilia rogauerant, qui auxiliari nequibant.

De deditione sequũt. Qui eius rei caussa ex capitaneis emissi in hostium manus peruenerũt, demum cum in pace Rupellensium sese non comprehensos esse viderẽt, & in vrbe dissensiones orirentur, Ioanellus cum Martigino ad colloquiũ venit. Cumque nullam vitæ retinendæ sibi spem facerent, ecce Castrius de incolumitate vitæ eos confirmat.

Ha

Habito igitur vltro, citroq; sermone, data Sancerrẽsibus, & iis, qui ad ipsos confugerant, religionis libertas. Corpora item, & reculas suas inuiolatas retinuerunt. Sic tamẽ, vt numerarint 40. M. Francorum in stipẽdium militis regii. Oppidani omnem obedientiam regi promiserunt, & in confirmationem ei obsides dederunt.

Data pax.

Castrius vltimo Augusti vrbem ingreditur. Adimuntur Sancerrẽsibus horologium, tympana, & cetera oppidorum insignia. Ioannellus post aliquot dies clã interficitur, nec, quomodo fuerit interfectus, plane constat. Imposita deinde grauiora tributa, & religionis exercitium licet promissum, tamen deinceps non permissum.

Ioannel.

Nemausatibus, & ceteris Occitanis, pacificatio Rupellensium, in qua ipsi comprehendebantur, non satisfecit. Ii enim edictum regium decipulam esse dicunt ad eos pacis obtentu intercipiendos, qui armis belloq; non potuissent expugnari. Itaq; conuocatis vndiquaque religiosis cõuen-

Occitanis pax Rupellensium non satisfecit.

Conuentus Miliadi.

tum habent Miliadi, in quo, de rebus suis in posterum instituendis, deliberant. Quid ibi in rebus politicis ordinatum sit, qui ordo cōstitutus, & quæ belli gerendi rationes initæ, vide in ipsa historia.

Mirabilis conseruatio religiosorū.

Ita religiosi post desperatam calamitatē, mirabili rerum successu conseruantur.

Legati Occitanor. ad regem.

Occitani sane, cum indies magis, magisq; noua vrbiū accessione munirent, ita alacriter sese habebāt, vt missis legatis maiora a rege postulare sint ausi. Liberior etiā fuit legatorū apud regem oratio, vt apud illos indignabunda regina dictitaret, non Condęū quidem ipsum, si superstes esset, vel si in ipso regni vmbilico cum 20. M. Equitū, & 50. M. peditū, primarias etiā vrbes penes se habens adesset, vel dimidiam illarum rerum partem fuisse petiturum.

Confidentia religiosorū.

In Delphinatu.

Mombruuius in Delphinatu bellum mouet, & vrbes, regionisque partem aliquam occupat.

Profectio in Poloniam.

* Post induciæ quædam factæ.

Interea fit apparatus Polonicæ profectio-

fectionis, qua Henricus dux Andius regis frater Rex Poloniæ electus, eo profectus, rex inauguratur.

Liber Hotomani de Gallia statu veteri.

Franciscus Hotomannus librum edit de antiquo regni Gallici statu, quē Francogalliā inscripsit: In quo libro, ex antiqui regni statu expressam imaginē tātis hominū sensib. subijcit earum calamitatū, quibus demū (profligata, proculcataq; ordinum regni auctoritate, occupata a muliere peregrina rerum sum̃a) omnia ad summā intemperiē in Gallia permiscerētur.

Liber de auctoritate Magistratus.

Editur & scriptū quoddam de Auctoritate Magistratus, q; in defensionem religiosorū Gallicorum erat adornatum. Cuius summam satis prolixam Vide in historia.

Insidiæ.

Struebantᵣ insidiæ ad intercipiendas Rupellas, q̄ tamē irritæ fuerunt.

Politicorum rebellio.

Dum in Gallia nouorum dolorum artes pacificorū colloquiorū obtentu apparantur: ecce noui hostes subolescunt Politici nēpe, qui regni emendationem postulant.

Cū n. regina, & mulier, & pegrina esset, & peregrinos, & viles homines ad summā potētiā, & maximas diuitias, p

ueheret, e quib. Comes Rostius fuit, indignum esse putarunt, illius nutu omnia in regno geri, rege etiam valetudine parum firma vti incipiente.

Alenzonius Illius consilii suspicione capiuntur regis mandatu, Alenzonius ipsius frater, Nauarræus itē, & Momerentius, & Cosseus Marescalli pontificiā doctrinam se amplecti profitentes.

1564. *Anuillius.* Anuillius Occitanæ præfectura abdicatur, & cum religiosis consilium de societate defensionis incipit inire.

Morgomerius. Mongomerius occupatis aliquot oppidis in Normannia ipse capitur.

Carolus rex moritur. Rex ægrotus ad aliquot mēses magnis dolorib. vexatus moritur 30. die Maii, qui dies sacer erat festo Pentecostes, cum iam annū 25. attingeret. Illius regnum sæuis bellorum tempestatibus exagitatum insignis perfidię, & crudelitatis exemplis notabile, omni ordine peregrinorum artibus proculcato, indigenis Gallis funestū, historiarum monumenta deprædicabunt, ipsius morbus mi.e obtectus est.

Profluuio sanguinis illū laborasse cer-

certum eſt: In extremis enim duabus morbi ſeptimanis multum ſanguinis ex variis corporis ipſius partib. emanauit, in eoq. cum forte prolaberet, volutatus eſt. Inter horribilium blaſphemiarum diras, quibus ab ineunte ætate aſſuetus erat, Momerentiorum nomen ſæpe concitata excandeſcentia appellauit. Quũ vero magna eſſet veneni ſuſpicio, vt vomitus facilior eſſet, aiunt puluinaribus impoſitum cernuo capite, & paulo erectioribus ſurſum pedibus, tãtam ſanguinis vim proieciſſe, vt paucas poſt horas mortuus fuerit, inter autem vltimas voces meras blaſphemias fuiſſe auditas. Talis igitur exitus vitæ fuit regis hui⁹ Caroli 9. qualis nẽpe Tyrannorum eſſe ſolet, de quibus dicitur,

Exitus regis.

Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabũt
dies ſuos.

Item. *Ad generum Cereris ſine cæde &*
ſanguine pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte Tyranni.

De quo tale tetraſtichon a quodã factum.

Epigrãma.

Quem stitit viuens scelerata mente cruorem
Perfidus, hunc moriens Carolus ore vomit.
Ergo Dei tandem verbo subscribite Reges,
Ne rapiant Stygiæ vos Acherontis aquæ.

Qui illo ipso tẽpore statim a mortẽ Caroli 9. historiam harũ rerum scripsit, & edidit, tanquã verax Amphiaraus hæc verba perscripsit:

Prædictio pœna futura.

Ergo immanissimi facinoris odio inusta est nota nomini Gallico, ignominiæ sempiternæ, & regiæ fidei prostituta, profligataq́; est auctoritas, ad certum futuri exitij præsagium, quod Valesiæ familiæ tam horrendi facinoris reæ, & illius ministris haud dubie impendet: Hęc dicimus illa adhuc stante, & incolumi, noxam autem præsto esse, id est, vltricem Dei manum tanta scelera haud quaquam impunita passuram, profecto habemus persuasum: Diuini iudicij effecta exitus suo tempore posteris nostris commonstrabit. Hactenus ille.

61. Hen-

61. HEnricus 3. Caroli 9. frater 16. an. regnauit. Mater regina a filio rege moribũdo cõfirmationẽ obtinet, vt ipsa adhibitis testib. pro summa Gubernatrice agnoscatur, donec redux e Polonia adsit Henricus Fili⁹, quem repetitis vicibus euocat: Itaq; timens ne Alenzonii & Politicorum Religiosorumq. factiones obicẽ ponant, continuo ad Prouinciarũ Præfectos scribit, obedientiam postulás, simul & quo morbo Rex obierit docet. Et vt Alenzonius & Nauarræus idem scribãt, facit. Præterea etiam se armis munit, Germanis & Heluetiis adscitis.

1574. Henricus 3. Rex. Regina Mater Gubernatrix regni.

Delphinio Momponserii filio, qui in Delphinatu cũ Exercitu erat Gondio Præfecto, mandat, vt bellum strenue gerat.

Delphinius.

In Occitania etiam, quantum potest, per Acierium contra Anuillium res suas promouet.

Acierius.

Regina Mõgomeriũ, q̃ in expugnatione arcis Donfronis captus erat,

Mongomerius supplicio afficitur.

tanquam ſocium conſpirationis cum Amiralio, contra fas damnatum publice curat ſupplicio affici, qui ſe hui⁹ rei innocentem eſſe, alacriter confirmat. Mõgomerius iſte, is fuit, a quo rex Henricus 2. in haſtiludio læſus periit, quem Regina vita frui noluit, ideoque eum veluti Regis manibus inferias mactat.

Anuillii & Religioſorũ fœdus.

Anuillius cũ eſſet ex factione Politicorum, in Occitania, non valde premebat Religioſos, & fœdus cum illis facere instituit, habito conuentu Monſpeſſuli, quod illi, Milialdi conuenientes certis conditionibus pactis mire cogitãt. Multi id docti viri probabant, multi ſecus, nec ſane felix euentus eſt ſecutus. Succenſent Anuillio Tholoſani, is tamẽ ſe a Rege non diſceſſurum, præclare teſtatur.

Condæus Argẽtorati.

Condæus Alenzonio & Nauarræo adhuc, quodammodo in cuſtodia detentis, Thoreo fratre Anuillii & Politicorum celebrioribus quibuſdã comitatus, Argentoratum venit, & cum Friderico Palatino Electore, colloquio habito, per Gaſquium Religioſis

in

in Occitania nunciat, se ipsos defensurum cōparato exercitu, modo pecuniam mittant. Deinde scriptum edit, cur vna cum Politicis, contra iniurias sibi a peregrinis quibusdā illatas armis expeditis sese defendere instituat. Religiosi igitur Condæum vt Ducem certis conditionibus accipiunt.

Ducem se praebet Religiosis.

Dum Condæus Basileæ moratur, multi Politicorum Gallorum ad eum confluunt, & dissolutius viuunt. Condæus & alii multi Geneuam adeunt.

In Delphinatu Mōbrunius, Diam cum detrimento, noctu oppugnauit, ante quam altero post anno obsessam captus & decollatus est.

Mombrūnius.

Delphinius Alesium & arcem capit, concrematis in turri militibus, & Ostam obsidet, quam Religiosi clam relinquunt. Idem & Liberionem primum obsidet 23. Iulii, sed fortiter reiectus discedit.

In Occitania Vticensis & Ioysius Aneuillium impediunt. Vessalium, Calāzonium, Noæma & alia oppida, vltro citroq; capiuntur.

Henricus 3. Poloniam relinquit.

Henricus Rex Poloniæ interim Cracouiæ, conuentu optimatum habito, arte se liberat, clam & festinato Viennam elabens. Dicebatur, eius istum abitum cum dedecore coniunctum fuisse, nec in Polonorũ Regis istius cooptatio maximam cedebat glo riationem.

Vienna Venetiis In Sabaudia.

Rex a Maximiliano Imp. honorifice, a Republ. Veneta splendidissime exceptus Ferrariam, & in Sabaudiam Taurinum venit, quem Emanuel manifice excepit, eumq; milite ac pecunia iuuit, accepta in pignus Vrbe Pignerolo.

Anuillius Regi.

Anuillius Regi scripsit, & acceptis benignis literis, ipsius ad Regem Pedemontum profectus est, postcaque redijt.

Suspectam hanc Religiosi profectionem habuerunt. Sed Anuillius non tunc, sed alio post tempore ad regias partes transiuit.

Henrici 3. Lugduni, qua simul Regina Alenzonius Guisius conueniunt.

Henricus Rex 6. Septemb. Lugdunum venit: venerant eo iam ante Regina, Alenzonio & Nauarræo comitata, qui honesta tamen custodia seruari

uari dicebantur. Comitati eam etiam sunt Guisii fratres.

Habetur ibi consultatio de gerendo in iis partibus, Rege præsente, bello: Regina enim iam ante Carolum Mansfeldium cum turmis equitum adsciuerat, & Heluetiorum ad 6. M. conduxerat.

Rex scripto, belli caussas aperit, ꝓmissis pariter & minis suos ad obedientiam inuitans.

Rex belli caussas ostendit.

Obsidetur itaque a regiis exercitibus Pusinū, Viuariatis Vrbs ad Rhodanum, Duce Delphinio. Magna in eam vrbana auxilia erant conuocata: oppugnantes etiam fortiter sunt repulsi: omnes tamen, qui in ea erant, noctu discedunt, magno ibi regiis apparatu relicto 15. Octob.

Pusinum.

Summoto Delphinio Bellegardius, summus Ductor exercituum, transmisso Rhodano, Delphinatum, vbi Mambruuius Religiosorum Dux erat, ingreditur, & Granum a Religiosis relictum capit, similiter & Roynatum.

Bellegardius.

Granum.

Mõbrunius

Rex Mombrunio ſcribit, eumque vt rebellem accuſat, qui contra ſe excuſat.

Anuillius cur arma capiat.

Anuillius conuentu *23.* Diœceſiũ Monſpeſſuli habito, fœdere facto, cauſſas publicat ſumtorum armorũ, videlicet, ad Regis & regni ſalutem cõtra peregrinos defendendã. Huic ſeſe alii quidã coniungũnt, & magnus exercitus collectus.

Rex Aueniouem venit.

Rex Auenionem venit. Inde Regina Belloium, cum benignis literis, ad Anuillium placandum mittit, qui præſente Sauromanno Nemauſi ditionis præfecto maſcule & conſtanter reſpondit. Belloius denuo ad Anuillium, vt pax condatur, mittitur. Sed non accedit.

Legati apud Regem.

Anuillius & Religioſi mittunt Legatos ad Regem, pacem & libertatẽ religionis petentes. Varia tunc inter Regem, Reginam, & ipſos colloquia habentur.

Liberio cinitas a regiis obſeſſa. Strenue defenſa.

Pace non procedente, regius exercitus vniuerſus obſidet Liberionem (a qua aulicis & mercatoribus incommoda inferebantur) circiter 17. Decemb.

cemb. Roeſſio obſeſſorũ Capitaneo. Nota quã acres fuerint oppugnationes & defenſiones cæſo Roeſio, Cõſobrinus Hayes, Capitaneus eligitur.

Rex diſceſſurus Pariſiis, de coronatione cogitans, caſtra ſua ad Liberionem poſita præterit: obſeſſi eum fulminibus tormentorum ſalutant, & probris petunt. Poſt circa finem Ianuarii regius exercitus obſidionem ſoluit.

Rex præterit Liberionem.

Mompenſerius interim in agro Pictauino meliores contra Religioſos ſucceſſus habuit: Fontenerium Luſignanum & alias vrbes capiendo, & Rupellenſibus detrimenta importando, Anuillius Sangillum Aueniони proximum obſidet, quatit, capit.

Mompenſerius.

Carolus Cardinalis Lotharænus Aueníone, vbi flagellariis ſe miſcuerat, mentis inops, inter horribilia flabra ventorum, moritur. Cuius deinde ſimulacro Regina crebro rixata, ſolitaria agere noluit. Vide hiſtoriã. Anuilliani & Religioſi Aquas mortuas mirabili ſtratagemate capiunt.

Carolus Cardinalis moritur.

Aquas mortuas.

Ex regio Exercitu qui reliqui fuerunt partim cum Rege abierunt, partim cum Vticensi, qui Anuillanū infestaret, manserunt, Pedemōtani domum sunt reuocati. *Religiosi passim gratias Deo agunt, quod incolumes seruati sunt.

Gratia acta

Anuillius, fœdus cum Religiosis & Politicis.

Anuillius fœdere cum Religiosis confirmato, scriptum edit, quo ostēdit, se ab Ordinibus Prouinciarum & ab Ecclesiis reformatis rogatum, vt periculū, in quo Rex regnumq; versetur, ab iis auertat, se nihil absque consensu Catholicorum, aut Religiosorum facturum, se clauum Condæo si adsit, vel Alenzonio aut Nauarræo Regio sanguini propioribus, si ita res ferat, traditurum. Fiunt consultationes Religiosorum de pace a Rege petenda, Consulto semper Condæo Basileæ agente.

Vticensis.

Anuillius.

Vticensis religioni addictus, cum antea Religiosos defendisset, nunc regio Exercitu in Occitania aucto, Religiosos bello persequitur, nō eos, sed Anuillium se petere prætendens.

Cum

Cum cōtra Anuillius, qui Pontificius erat, Religiosos tueretur.

Anuillius & eius familiares & milites insolētius & intemperantius viuunt, quos mores ex ea cōuersatione etiam Religiosi induunt. *Corrumpere bonos mores consortia praua.*

Anuillius etiam suum commodū, in captandis vrbibus Religiosorum quæritat. Id lucri scilicet, ex fœdere Anuillęo Religiosi reportarunt.

Rex 15. Februarii Rhemis inauguratur, & Elisabetham Caroli Regis Viduam ad Maximil. Imp. patrem remittit exiguo comitatu, quæ dicebatur cōquesta, quasi Rex veneno fuisset necatus. *Rex inauguratur.* *Viduam remittit.*

Rex deinde Claudiam Vademōtii Lothareni filiam, vxorem ducit, ita Guisiis factus affinior. *Vxorem ducit.*

In aula regia dissolutissime viuebatur.

Anuillius in Bliterate agro perplura oppidula capit. Vticensis contra, agrum Vticæ proximum ingreditur. *Mars ἄλλος πρὸς ἄλλον*

Religiosi Alexium Vrbem capiunt. Fiunt prælia inter Anuillium & Vticensem, iactura mutua.

Religiosi capiunt Pusinum in Viuariate, militis cuiusdam astu. Similiter & Bessum.

Legati apud Regem.

In Aprili Lutetiam veniunt Legati Occitanici, qui re cum sociis, qui iã ibi aderãt, deliberata, Regem adeũt, & cum ipso, communi Politicorum & Religiosorum nomine de pace agunt.

Varia colloquia de pace.

Erant autem circiter 68. Articuli, de quibus sibi satisfieri postulabant, inter quos princeps fuit, vt libertas religionis in toto regno concederetur. Legat in historia, copiosa descriptio Colloquii Regis & Legatorum de cõditionibus pacis controuertentium. Obtinuerat autẽ Condæus, vt & Bernates, Tigurini, Basilienses & Schaffhusiani Legatos mitterent, qui & ipsi in pace obtinenda bonam operam nauarunt. Etsi igitur Rex tandẽ quædam largiebatur, tamen nihil conclusum est.

Bessum.

Interim Vticensis Bessum obsidet, sed opera frustranea.

Factio rasorum Marsiliæ.

Suscitata est seditio Marsiliæ, & orta factio rasorum, barbę enim partem rase-

rasserunt, vt internosci possent, qui se vectigalium & portoriorum quæstoribus opposuerunt.

Mombrunius in Delphinatu rem strenue gerit, & ad Diam celebrẽ ab Heluetiis cæsis victoriam reportat. Sed idem postea in Iulio magnã cladem accipit. In qua ipse capitur. Et deinde Regis & Reginæ iussu condemnatus, post piam confessionem capite plectitur. Cui Ladignerius a Conuentu Delphinatus surrogatur.

Mombrunius Heluetios cædit.

Supplicio afficitur.

Poloni Regem Henricum per Legatos, vt ad 12. Maii in Comitiis se sisteret, inuitabant. Rex Pibrachium misit, qui tamen in Heluetia a Brissario Politico est spoliatus. Poloni Rege non comparente, eum vnanimi consensu regno abdicant 15. Iulii.

Citatur Rex in Poloniam.

Alensonius iam diu simultatẽ cum fratre aluerat, indignæ custodiæ memor, & quod a fratre nihil honestius haberetur, quod ad secretiora consilia nõ admitteretur, quod ex Guisiorum nutu omnia gererentur, fugam ex aula capit Septembri, & scripto publicato queritur leges antiquas in

Alenzonius aula se liberat.

Caussas scripto publicat.

regno Galliæ profligatas esse p quosdam homines, qui illi regno inhiêtur, qui vt illud vsurpent, ciuilem dissensionem foueant, & ad eas operas religionis cõtrouersia impie abutantur.

Qui obtentant Regem alieni æris nominibus esse leuandum, eaq; specie regia auctoritate infinitam pecuniam populo nobilibus Ecclesiasticis extorqueant, & noua vectigalium commenta inducens, vt pauci ipsi & quidem peregrini profligata legum auctoritate, ipso etiam Rege & præcipuis regni muneribus occupatis, regno pro libitu dominentur. Se, quod horum hominum administrationem improbasset, propterea apud Regẽ in periculum capitis adactum, & detentum fuisse. Ideoque sese expediisse & illorum hominum, qui regnum in has turbas coniiciunt, consiliis & conatibus opponere, non vt in Regis fratris auctoritatem aliquid tentet, sed vt publici otii turbatores a rerum administratione deturbet, & tot rapinarum nefarie patratarum

ani-

animaduersionē aduersus illos omni iure persequatur.

Hæc multis contestans, & vtriusq; religionis libertatem promittens, monet quosuis, vt ad se accedāt, se iuuent, & patriæ libertatem vna secum vindicent & tueantur.

Ioh. Casimirus exercitū comparat. Eadem ad Condæum Anuillium & Religiosos scribit. Plausibilis hæc plerisque magnatum & plebeiorum pollicitatio fuit. Quidam tamen suspicabantur, hæc ex composito fieri, vt exercitus, qui per Fridericum Electorem & Iohan. Casimirum parabatur, distineretur.

Rex in Prouincias scribit. Rex metuens sibi a Casimirianis, & ab Alenzonio, ad omnes Prouinciarum Præfectos, quasi supplex scribit, vt Alenzonii conatibus obstent. Et cataphractorum equites adsciscit. Pecuniam vndecunq; potest, peti iubet, a Parisiis inprimis.

Portenta. Cometæ. Visa portenta, & duo Cometæ, Rex in statu periculoso deuotionem summam præsefert: Interim in Gynæceo & priuatim liber & vanus.

Anuillius Condęo ſcribit Eccleſias Occitanas laborare & Equite Germano opus eſſe, quem Equitatui Vticenſis opponat. Condæus itaque videns pacem non procedere, ad bellum animum adiicit, & ad Ioh. Caſimirū Friderici Electoris filium, prolixum ſcriptum edit, quo repetita a morte Henrici 2. vſque ad hunc annum perfidiæ, iniuriarū ac laniarum miſerabili hiſtoria, oſtendit ſe neceſſitate ad defenſionem oppreſſorum Religioſorum adigi: itaq; opem Ioannis Caſimiri implorat. Ac cum eo de auxilio, certis conditionibus paciſcitur, in quibus, præter promiſſam vniuerſorū ſumtuum & exercituum exſolutionem, etiam hoc erat, Cōdæum nempe, non prius exercitum eum dimiſſurum, quam apud Regem efficiat, vt Caſimir⁹ Metis, Tullii, Verdunii, cuſtodiæ præficiatur, illaque cum arcibus oppida in illius manum poteſtatemque reuera tradantur, vt ad dies vitæ, religione ibidem emendata, illorum reditibus fruatur, & eas vrbes nomine Regis adminiſtret. Promiſſa

Condæus ſcribit ad Ioh. Caſimirum.

Conditiones Ioh. Caſimiri.

magnifica, præſtita parum. Iam cum Alenzonio erant e religioſis & Pontificiis illuſtres viri, & acceſſit Ventodurius Limogiani agri præfectus & multi nobiles.

Ventodurius.

Cum Rex nobilibus ſocietatē fratris interdixiſſet, Ventodurius cauſſam ſuæ ad eum acceſſionis, literis ad Regem datis, ſignificat.

Clereuantius & Affenſteinius ſub Thuræo 2. M. equitum e Germania verſus Lotharingiā, vt Alēzonio iungerentur, adducunt. Sed a Meynio & Guiſio funduntur. Affenſteinius occumbit. Clereuantius & complures nobiles capti ſunt. Thurꝫus & aliquot equites ad Alenzonium peruenerunt Octobri.

Affenſtain Klerfant Thuræus.

Caſſi.

Mater Alenzonium in Pictauia vrbes tenentem adit, vel vt eum fratri conciliet, vel vt negotium ad decipiendos religioſos, aut diſtinendum exercitum Germanorū moderetur. Quicquid ſit, Mulier vna ingentem Gallorum Germanorumque exercitum inermis armatum, nulla ſua clade, ſuperauit, & ex Imperii ſui finibus deturbauit.

Mater ad Alenzoniū.

Mulier ingentem exercitū vincit.

Actum inter matrem & filium est, vt induciæ fierent, si Regi placeret, vsque ad 25. Iulii diem. Sic vt pecunia soluatur pro exercitu Germanorum distinendo, & vt Alenzonio in securitatem dentur aliquot ciuitates &c.

Induciæ.

Quas inducias Rex accipit, & in regno promulgat. Verum Condæus Alenzonio significat, se inducias illas accipere non posse, & scripto edito caussas susceptæ expeditionis cōmemorat.

Quas Condæus non recipit.

Casimirus etiam Heluetios conduxerat, Rex Bernates monet, id contra pacta conuenta fieri. Bernates igitur eos reuocant, verum non parent, sed cum iam egressi essent, pergunt.

Heluetij reuocati non parent.

Exercitus Casimiri ad Tabernas Alsaticas congregatur. Multum hac expeditione motum, at parum promotum.

Exercitus Casimiri progreditur.

Conduntur & leges in exercitu, cum aliæ, tum, vt capitale sit, si quis fœdus inter religiosos & Catholicos initum frangat, & ob religionem controuersiam moueat.

Leges Castrenses.

Regina

Regina effectura, vt exercitus ex Gallia reduceretur, iterum cum Alenzonio de induciis colloquitur, & Comitia ad Februarium promissa.

Alenzonius pactum Condæi & Casimiri, quo ipse summus Dux exercitus constitueretur, ratum habet, 22. Decemb.

Dissolutio morum in aula Regis.

Maxima dissolutio morum in aula Regis, & vxor Nauarræi impudicitiæ infamia notabatur. Nauarræus veniam discedendi Bearnum, petit.

Rex cum morione in processione.

Rex processiones religiosas non intermittit, at tepidiꝰ celebrat, cui & Cardinali Estensi intermedius in publica pompa intercedit morio aliquis nugas & ineptias agens.

Garius.

Garius Regis familiaris occisus, cui Rex vt optimati, splendide parentat.

Rex pecuniã a Parisiis.

Rex penuria pecuniæ laborans, a Parisiis coram petit. Parisii præclare ipsi respondent, de grauaminibus conqueruntur, multa taxant, modum correctionis tradunt, & de pace

potius, quam de bello instituendo, vt agatur, consulunt. Rex iratus, vel absque Parisiorum subsidio hostes se debellaturum respondet, & præsidia in vicinis locis passim collocat. Quæritur & Ecclesiasticus ordo de grauaminibus.

Venenum.

Alenzonius intoxicatum vinum bibit, noxa tamen repulsa.

Alenzonius senatui Parisiēsi scribit, quandoquidem promissis sibi vrbibus potiri non posset, ideo fore vt exercitus Germanorum ad vrbē abducatur, factum id hoc modo, vt pecunia ab ipsis eliceretur.

Rex mittit legatos ad Condæum & Casimirum.

Mittit Rex legatos ad Condæum & Casimirum Carmiis agentes, postulās, ne exercitus in Galliam adduceret, vt de pace agi posset, admixtis minis, quando & ipse copioso milite polleat, respondent illi, se pacem quidem velle, sed quæ cum bona fide sit coniuncta.

Exercitus grassatur in Gallia.

Productus exercitus in Lingonum agro incendia miscet. Post Dinionē trāsit, Abbatiam spoliat. Mirum quā insolenter & violēter se gesserint Germani

mani equites. Expugnatur Ninzium. Venitur Marsiuium ad Ligerim, & Wichium ad Alierum fluuium. Desident ibi, dum de pace tractatur, aliquot dies 22. Febr. Rex lentius agit, & omnem belli componendi sollicitudinem matri committit.

Nauarraus liberat se aula.

Nauarræus postquam iam libertati redditus fuisset, per speciē exeundi venatum ex aula discedit, ad La Fere properans, inde renuntiat regi, se discessisse, quod intellexerit sese denuo captum iri. Rex se hoc nomine apud ipsum & subditos excusat.

Viuariates fœdus.

Viuariates fœdus faciunt ante pacem initam ob incredibiles belli furores, quos patiebantur, ostendentes se futuræ paci nihil derogaturos. Viuariū a religiosis capitur & redditur, seruatur fidei singulari exemplo.

Charossium cum Casimiro.

Charossium oppidum restitit exercitui, sed muris fractis veniā petit, & a Condæo consequitur, frementibus Germanis, qui id prædæ sibi dari voluerunt.

Vndecimo Martii Condæi & Alēzonii exercitus in Borboniano con-

iunguntur, in planicie Sostæa. Erant ad 30. M. equitum & peditum M. quorum supremus Dux Alenzonius. Casimirus Alenzonium & reliquos conuiuio excipit, 13. Martii, quo die ante septem annos pater Condæi peremtus erat. Magna in exercitu morum insolentia. Id nimirum efficit confœderatio cum alienæ religionis hominibus.

Conuiuium ab Casimiro.

Insolentia morum in exercitu.

Postquam Alenzonii, Nauarræi, religiosorum & Ioannis Casimiri legati ad Regem venerunt, quique postulata Dominorum suorum copiosa oratione Regi exposuerunt: Rex ad ea respondet. Primarium postulatum de libertate religionis fuit, de eo maxime concertabatur, Beutrichio Casimiri nomine vehementer contendente.

Legati Principum ad Regem.

Varia colloquia.

Beutrichius.

Post multas diuturnasque verborum conflictationes tandem conuentum est, vt Alenzonio plura Dominia in proprietatem adscriberentur, vt Casimiro, loco trium oppidorum Metis, Tullii & Verdunii aliæ vrbes redderentur, & in certitudinem argen-

Vt Casimiro Metis Tullii, &c.

gentea vaſa & prædes darentur, tum conditum Edictum pacificatorium, 60. Articulis. Religionis exercitium liberum promittitur, ſic, ne id intra quatuor milliaria a Pariſiis & aula vſquam habeatur. Idque vſque ad liberum concilium Edictum promulgatum, 14. Maii. Vide hiſtoriam. Reſtituti etiam ſunt Nauarræus, Cõdæus, Anuillius & alii optimates iis dignitatibus, quib. ante annum 1572. potiebantur. Amiralius etiam abſolutus eſt. Facta igitur pax, ſed non perinde ſeruata. Dimittuntur exercitus. Caſimirus in ſibi deſtinatarum vrbium poſſeſſionem immittitur. Hoc igitur quintum iam fuit edictum, poſt quintum bellum ciuile.

Sed Guiſiani, quibus ingratæ hæ conditiones fuerunt, poſtquam iam a morte Henrici 2. familiæ Valeſiæ regnum inuidiſſent, varia conſilia moliebantur. Putabant enim regnum iniuſte a Caroli M. poſteris per Capetum ablatum eſſe,

& æquum esse, vt ad Caroli M. familiam, e qua ipsi procreti essent, postliminio transferretur. Hoc vt perficerent, & Valesianos amolirētur, hæreseos eos insimulabant, ideo tot bella contra religiosos ab annis aliquot excitarunt, quibus confuse & varie gestis Reges in despectum vulgi peruenerunt. Henricus 3. intemperie vitæ populum a se habuit alieniorem.

Caroli M. & Capeti familia.

Cum autem ipsis magna aduersaria a religiosis posita esset, vt rem ad optatum finem perducere difficilimum fore sentirent: Papam sibi & Regem Hispaniæ adiungere cogitarunt, illũ enim religionẽ asserere, hunc dissidia in Gallico regno fouere solere nõ dubitarunt. Interea etiam animos ordinum sibi conciliare studuerunt. Miserunt igitur Romã, qui in consistorio summo merita familiæ Carolinæ erga sedem & religionem Romanam prædicarent, & contra Capeti gentis Regum socordiã in neglectu religionis notarent, peterentque vt his malis remedium adferri; & sibi potestas rem gerendi concedatur, se eas rationes

Guisii ad Papam.

nes inituros, vt inter Catholicos de omnibus, quę ad hanc rem necessaria sunt, prospiciatur. Regē comitia indicere, Reginam Principem Alenzonium ad se attrahere debere. In comitiis singulos iurare debere, se, quicquid concluderent, ratum habituros, & militem & sumtus daturos, & vt Articuli hi a Papa pragmatica sanctione confirmarentur, & vt successio Capetaneorum abrogaretur, vt omnia superiora edicta, quę contra concilium Tridētinum essent edita, tollerentur, & Rex ab eorum obligatione absolueretur. Esse eligendum cordatum ex hac parte Principem, qualis esset Guisius, Alēzonium culpandum esse, qui se ducem hæreticis præbuisset, & in Deum & Regē grauiter deliquisset. Summa, vt eo res deduceretur, vt, quemadmodum Chilpericus olim a Pipino in monasteriū detrusus est, sic vicissim præsens Rex a Carolinis monasterio manciparetur. Horum consiliorum processus, hoc anno exordium cœpit.

Guisiorum consilia de regno.

1576.

Chilpericus olim in monasterium detrusus.

Interim Condæo insidiæ a sicariis ponebantur.

Legati ad Regem. Primo Octobris religiosi per Casimiri legatos apud Regem conquerebantur, se in exercenda religione *Querela.* impediri, consistoria politica nondum recte esse ordinata, & ius non ex æquo & promisso administrari. Fieri etiam noua Catholicorum fœdera, quibus se certis legibus contra religiosos obstringant, sicut in vrbe *Formula iuramenti.* Perona iam esset factitatum: Formula iuramenti in ipsa historia inspiciatur. Condæus ista animaduertens, & quod a Perona excluderetur, queritur. Religiosi sentientes comitia Blesis ad Decembrem indicta, in suam perniciem destinari, protestantur se cupere, vt indulta edictorum *Comitia Blesis.* inuiolate seruentur. In comitiis Blesis, Rex scite præfatur, scopus erat petitio pecuniæ, vt æs alienum solui posset.

1577. Comitiis illis Nauarræus & Condæus non intersunt, protestati se ratum nihil habiturum, quodcunque in fraudem edicti superioris cōstituere-

retur. Anuillius ostendit, etiamsi Catholicus esset, tamen se intentum illud minime probare, quod religiosis condictam libertatem vellent adimere.

Anuillius.

Status Hollandici petunt Alenzonium in protectorem suorum Priuilegiorum contra Hispanos.

Status Hollandici petunt Alenzonium in protector. 1577.

Rex scribit ad Prouincias, Status, postulauisse in comitiis, vti in toto regno non nisi vna religio, Catholica nempe exerceatur & toleretur. Id quod sese curaturum ostēdit, bellum redintegrando.

Rex scribit ut una tantum religio in toto regno

Casimirus petit solutionem debiti, & vt Edictum superius seruetur, postulat.

Rex mittit ad Principes Imperii Romani, rogans eos, ne Condæo opem ferant. Landgrauius Hassiæ Regem ad seruandū edictū hortatur.

Rex ad PR. Germa.

Bellū igitur inceptatur in Guyna, Maynius obsidet Bronagum ad mare non procul a Rupellis situm, & tandem deditione capit.

B. Rum.

Actum est rursus de pace, quæ sub finē anni cōdita est, repetitis & auctis

1578. Articulis pacificationis superioribus, in quibus etsi minus largitum est, quã in superioribus, tamen vtrinq; cupide accepti sunt, & diu multumq; concertatum est de sensu eorum Articulorum, cum vtraq; pars ex suo cõmodo & re, eos interpretarentur.

Sensus Articulorum.

1579. Religiosi ex formula edicti pacifice vixerunt.

Regina ad Nauarrañ. Regina ad Nauarræum cõcedens, multas controuersias componit. Interim quidã inquieti homines, semper aliq̃d mouerũt, quo religiosis incommodarunt, & pacem turbarunt.

Rex profundit pecuniã. Rex multũ pecuniæ dilapidauit in suos priuatos & intimos potissimum largus. Et plenum religionis Catholicæ animum præ se fert, dum publicis processionibus habitu monachali interest: Interim aula ipsius plurimis vitiis scatebat, ipseq; Rex priuatis voluptatibus indulgebat.

Rex Curiã simulat. & Bacchanalia viuit.

Ordo Spiritus sancti. Rex tunc ordinem Spiritus sancti instituit.

1580. *Bulimia Regis.* Auaritia & bulimia Regis populi opes, ex actionib. attenuabat, quas Rex ad suas delicias explendas insumebat.

Hispa-

Hiſpanus Portugalliæ regnum occupat, Regina, quæ iuris aliquid in eo haberet, duce Stroza, armadam eo mittit.

Portugallia regnum.

Alenzonius, in Ducem & protectorem ſtatuum Hollandicorum vocatus, cum magno apparatu eo concedit, contemtiore poſt rediturus.

Alenzonius ad ſtatus Holland. proficiſcitur.

Religioſi, Nauarræus & Condæus, pacem nacti a turbis alieni vitam egerunt. Sed non & Guiſii a clandeſtinis molitionibus quieuerunt. Vidētes enim Regem heredis viuere expertē, vt ſibi viam ad regnum pararent, turbas excitandas in Galliis eſſe putarūt. Itaque diſcordias inter Regem & fratrem vt ſererent, ſategerunt, præſertim cum Alenzonius ſatis proſperos ſucceſſus in Belgio haberet, videretq; Principem de Conti & Soiſſon ſeſe Nauarræo coniungere, a quibus aliquid incommodi ſibi creari timebāt: Ideo Guiſii Romæ re deliberata, & cum Rege Hiſpano fœdere compoſito, laborarunt, vt nullus ex Religioni nouæ addictis, ad regnū promoueretur. Zelum ſuum pro tuēda Romana

1581.
Guiſii viam ſibi ad regnū ſternerent: turbas mouendas putarūt.

Guiſi Romæ fœdus cum Hiſpano &c.

vt Regem apud vulgus in odium adducant.

